 sed procedere in medium campi et vallo prope hostium signa
 inferendo superbam fiduciam virium ostentare. id aegre patieba- 3
 tur Romanus miles, multo aegrius alter ex tribunis militum, L.
 Furius, ferox cum aetate et ingenio tum multitudinis ex incertis- 4
 simo sumentis animos spe inflatus. hic per se iam milites inci-
 tatos insuper instigabat elevando, qua una poterat, aetate aucto-
 ritatem collegae, iuvenibus bella data dictitans, et cum corpori- 5
 bus vigere et deflorescere animos; cunctatorem ex acerrimo bel-
 latore factum, et, qui adveniens castra urbesque primo impetu
 rapere sit solitus, eum residem intra vallum tempus terere, quid 6
 accessurum suis decessurumve hostium viribus sperantem? quam
 occasionem, quod tempus, quem insidiis instruendis locum? fri- 7
 gere ac torpere senis consilia. sed Camillo cum vitae satis tum
 gloriae esse; quid attinere cum mortali corpore uno civitatis,
 quam immortalem esse deceat, pati consenescere vires? His ser- 8
 monibus tota in se averterat castra, et cum omnibus locis posce-
 retur pugna, „sustinere“ inquit, „M. Furi, non possumus impe-
 tum militum, et hostis, cuius animos cunctando auximus, iam
 minime toleranda superbia insultat; cede unus omnibus et pate- 9
 re te vinci consilio, ut maturius bello vincas.“ ad ea Camillus, 9
 quae bella suo unius auspicio gesta ad eam diem essent, negare

sogleich in einen Kampf einliess, dessen Ausgang nur vom Zufall ab-
 gehangen haben würde, s. 22, 27, 8.
 — *ratione*, Berechnung, Strategem; wie 21, 1, 2 *artes belli* den *vires*, der materiellen Macht, gegenübersteht.

3—5. *multitudinis*, wie sonst *vul-
 gus*, die gemeinen Soldaten. — *ex incertiss.*, 1, 40, 2; 22, 3, 14. — *insuper*,
 4, 58, 11. — *per se iam*, obgleich zu dem Particip. gehörig, ist durch das
 dazwischen gestellte Substant. von demselben getrennt u. dadurch her-
 vorgehoben, vgl. 9, 45, 11; 10, 21,
 9; 1, 4, 4; ib. 15, 7; 4, 30, 8: *siti
 pecorum morientium* u. a. — *aetate*,
 von Seiten des Alters, seiner Jugend
 und des Greisenalters des Camillus.
 Ueber *elevando* 3, 21, 4. — *rapere*
 = *raptim agere, capere*, 30, 14, 2;
 Tac. H. 4, 33: *rapiunt in transitu
 hiberna*. — *sil solit.*, bis jetzt immer;

man könnte *fuert solit.* erwarten.
 — *quid sper.*, s. 21, 30, 6: *quid cre-
 dentes*, ähnlich der Verbindung *quid
 ut*, 4, 49, 15. Von *sperantem* hängt
 auch *tempus — locum* ab. — *access.
 — decess.*, 27, 13, 6.

6—8. *frigere e. t.*, Gegensatz zu
 c. 22, 7: *vegetum* etc.: hätten alles
 Feuer und Leben verloren. — *con-
 silia*, häufige Vertauschung des Sub-
 jectes: *senem in consiliis capiendis*.
 — *sed Cam.* etc., ein untergeord-
 neter Gedanke ist um ihn zu heben in
 einem Hauptsatze ausgedrückt: bei
 Cam. sei das natürlich, aber, wenn
 auch er —, so dürfe doch nicht u. s.
 w. — *quid att.*, welchen Zweck habe
 es, warum solle, s. 2, 41, 6; 37, 15,
 2 u. a. — *immort.*, 28, 28, 11; Einl.
 S. 15. — *avert.*, s. e. 9, 9.

9—11. *negare neq.—neq.*, 1, 36,
 3; über *aut—aut* 22, 2, 6 u. a. —

in eis neque se neque populum Romanum aut consilii sui aut fortunae paenituisse; nunc scire se collegam habere iure imperioque parem, vigore aetatis praestantem: itaque se quod ad exercitum attineat regere consuesse, non regi, collegae imperium se non posse impedire. diis bene iuvantibus ageret, quod e re publica duceret; aetati suae se veniam etiam petere, ne in prima acie esset; quae senis munia in bello sint, iis se non defuturum. id a diis immortalibus precari, ne qui casus suum consilium laudabile efficiat. nec ab hominibus salutaris sententia nec a diis tam piaee preces auditae sunt. primam aciem auctor pugnae instruit, subsidia Camillus firmat, validamque stationem pro castris opponit; ipse edito loco spectator intentus in eventu alieni consilii constitit.

24 Simul primo concursu concrepuere arma, hostis dolo, non metu pedem rettulit. lenis ab tergo clivus erat inter aciem et castra; et, quod multitudo suppedibat, aliquot validas cohortes in castris armatas instructasque reliquerant, quae inter commissum iam certamen, ubi vallo adpropinquasset hostis, erumperent. 3 Romanus cedentem hostem effuse sequendo in locum iniquum pertractus opportunus huic eruptioni fuit. versus itaque in victorem terror et novo hoste et supina valle Romanam inclinavit

paenituisse, habe keine Ursache gehabt unzufrieden zu sein besonders in Bezug auf *fortunaee*, in Bezug auf *se* — *sui consilii*: zu bereuen. — *nunc*, s. 3, 40, 10. — *parem*, vgl. Lange 1, 454. — *itaque se etc.*, dieselbe Form wie § 7: er wolle daher, weil er nicht gewohnt sei. — *imped.*, s. dagegen 3, 70, 1. — *aetati*, für sich als Greis, s. 3, 12, 8. — *etiam*, wofür *eam*, s. praef. 7, verm. wird, ist zu *veniam* zu nehmen; *ne etc.* Object zu *veniam petere*, s. 8, 9, 7: *veniam peto . . . ut prosperetis*: er wolle nicht nur nicht hindern, sondern bitte, seinem Collegem die ganze Leitung der Schlacht überlassend, sogar um die Erlaubniß u. s. w., vgl. 1, 28, 2: *novitate etiam*; 3, 7, 4: *puddore etiam* u. a. Die älteren Soldaten (*aetati* im Gegensatz zu *iuvenibus*), die *triarü*, bilden das letzte Treffen, *subsidia*, § 12, vgl. 8, 5, 11.

§ 12. *firmat*, er stellt eine starke Nachhut auf, 2, 31, 2. — *in eventu*, Camillus war nur gespannter Beobachter bei der Entscheidung, da es sich um einen Plan handelte, den er nicht gebilligt hatte, aber entschlossen sogleich einzuschreiten, wenn es nöthig sein würde; *intentus* ist absolut gebraucht. *in eventum* würde nur heißen: gespannt auf den Erfolg.

24. 1—3. *concrep.*, vgl. 1, 25, 4: *increpuere*. — *lenis* 2, 50, 10: *in editum leniter clivum*. — *ab tergo* u. *hostium*. — *reliquer*. bei *hostis*, s. 2, 14, 8. — *cohortes*, 3, 69, 8. — *armat. instr.*, unter den Waffen aufgestellt. — *iniquum*, den § 2 bezeichneten Hügel. — *opport.*, gab dazu eine Blöße, passende Gelegenheit, s. 4, 13, 6. — *novo h.*, bei dem neuen Feinde, als er erschien, ist statt als Subject als Umstand bezeichnet: *novus hostis terrorem in-*

aciem. instant Volsci recentes, qui e castris impetum fecerant; 4
 integrant et illi pugnam, qui simulata cesserant fuga. iam non
 recipiebat se Romanus miles, sed inmemor recentis ferociae veteris
 et decoris terga passim dabat atque effuso cursu castra re-
 petebat, cum Camillus subiectus ab circumstantibus in equum 5
 et raptim subsidiis oppositis: „haec est“ inquit, „milites, pugna
 quam poposcistis? quis homo, quis deus est, quem accusare
 possitis? vestra illa temeritas, vestra ignavia haec est. secuti 6
 alium ducem sequimini nunc Camillum et, quod ductu meo so-
 letis, vincite. quid vallum et castra spectatis? neminem vestrum
 illa nisi victorem receptura sunt.“ pudor primo tenuit effusos; 7
 inde, ut circumagi signa obvertique aciem viderunt in hostem,
 et dux, praeterquam [quod] tot insignis triumphis, etiam aetate
 venerabilis, inter prima signa, ubi plurimus labor periculumque
 erat, se offerebat, increpare singuli se quisque et alios, et adhor-
 tatio in vicem totam alacri clamore pervasit aciem. neque alter 8
 tribunus rei defuit, sed missus a collega restituente peditum aciem
 ad equites, non castigando, ad quam rem leviolem auctorem eum
 culpae societas fecerat, sed ab imperio totus ad preces versus
 orare singulos universosque, ut se reum fortunae eius diei crimine
 eximerent: „abnuente ac prohibente collega temeritati me omnium 9

tulit; in gleicher Form konnte *supina* v., 7, 24, 5, sich anschliessen: *et cum esset* etc.

4—5. *qui simulata* etc., 1, 14, 9. — *non recip.*, der geordnete Rückzug, welcher durch *inclinavit aciem* angedeutet ist, im Gegensatz zu der vollen Flucht: *effuso* — *repetebat*. — *veterisque*, die Siege in den früheren Kriegen mit den Volskern. — *subiectus*, von unten aufwärts, hinaufgehoben, wie in *surgere, sursum* = *subversum*; 31, 37, 10: *eques* — *pavidum regem in equum subiecit*. — *subsidi.*, wie c. 23, 11 f. — *oppositis*, den fliehenden Römern, § 6: *neminem* — *receptura sunt*; vgl. 10, 36, 6. — *temeritas* n. *erat*, wegen *illa*, vgl. 24, 4, 2.

7. *circumagi* s., die Fahnen und die unter denselben stehenden Truppen umwenden, 10, 36, 9, vgl. 22, 29 f.; Curt. 4, 50, 32: *in frontem circumagi*. — *obverti*, s. c. 7, 3 u. a., vor L. in Prosa wenig gebraucht. —

quod, ist wahrscheinlich mit Duker zu entfernen, da *erat* nicht wohl ergänzt werden kann, *praeterquam quod* aber sonst nicht wie das einfache *praeterquam*, s. 4, 17, 6; ib. 48, 3; 22, 53, 5; 30, 6, 4 u. a. ohne Verbum gebraucht wird; *insignis* sowol als *venerabilis* würden dann Attribute von *dux* sein, durch welche *offerebat* erst bedeutend wird. — *in vicem*, attributiv; 3, 71, 2; 41, 3, 3: *caede invicem militum navarumque*; vgl. 7, 8, 3: *inter se*.

8—9. *castigando* lässt ein anderes Prädicat als *orare* erwarten, welches (etwa *incitare, impellere*) entweder zu ergänzen, oder ein Anacoluth anzunehmen ist, vgl. 3, 12, 8; 8, 11, 6; 40, 54, 8. — *totus* v., 25, 16, 19. — *leviolem*, 5, 15, 12. — *fortunae e. d.*, der unglückliche Ausgang des Schlachttages, gehört sowol zu *reum*, der dafür verantwortlich sei, als zu *crimine*. — *temeritati*, s. 3, 50, 3 u. a., doch haben

potius socium quam unius prudentiae dedi. Camillus in utraque vestra fortuna suam gloriam videt; ego, ni restituitur pugna, quod miserrimum est, fortunam cum omnibus, infamiam solus sentiam.“ optimum visum est in fluctuantem aciem, tradi equos et pedestri pugna invadere hostem. eunt insignes armis animisque, qua premi parte maxime peditum copias vident. nihil neque apud duces neque apud milites remittitur a summo certamine animi. sensit ergo eventus virtutis enixae opem, et Volsci, qua modo simulato metu cesserant, ea in veram fugam effusi magna pars et in ipso certamine et post in fuga caesi, ceteri in castris, quae capta eodem impetu sunt; plures tamen capti quam occisi.

25 Ubi in recensendis captivis cum Tusculani aliquot noscitantur, secreti ab aliis ad tribunos adducuntur, percontantibusque facti publico consilio se militasse. cuius tam vicini belli metu Camillus motus extemplo se Romam captivos ducturum ait, ne patres ignari sint Tusculanos ab societate descisse: castris exercituique interim, si videatur, praesit collega. documento unus dies fuerat, ne sua consilia melioribus praeferret. nec tamen aut ipsi aut in exercitu cuiquam satis placato animo Camillus laturus culpam eius videbatur, qua data in tam praecipitem casum res publica esset; et cum in exercitu tum Romae constans omnium fama erat, cum varia fortuna in Volscis gesta res esset, adversae

die besseren Hss. *teneritatis*, vgl. Cie. Lael. 11, 37: *nec se comitem illius furoris sed ducem praebuit, teneritas und prudentia* stehen nachdrücklicher für die Personen. — *sentiam*, muss ich tragen, s. 9, 11, 3; 3, 21, 4 u. a.

10—11. *optim.* — *in fluct. aciem* scheint, wenn kein Fehler in den Worten liegt (*non tradi?*) zu bedeuten: am vortheilhaftesten für die ins Schwanken gerathene Schlachtreihe, s. c. 13, 3; 37, 15, 7; *in duas res id usui fore*; 34, 6, 6; *alia in secundam alia in adversam tempestatem usui sunt, und tradi*, n. *calonibus* mit dem Folg. eng zu verbinden: nach Abgabe der Pferde zu Fusse u. s. w. Ueber den Wechsel *tradi—invadere* s. 5. 43, 5. — *qua*, 8, 36, 9. — *certam. animi*: Wettseifer, *animi* collectiv oder abstract, s. 37, 10, 2; 3, 7, 2: dagegen *certamen*

animorum 2, 59, 1; 40, 17, 3 u. a. — *sensit*, vgl. 9, 37, 1: *ora senserat*: ib. 41, 8 u. a. — *eventus*, personificirt, wie 3, 68, 7: *bellum scandet*; 5, 3, 7: *fortuna* u. a. — *tamen* soll *ceteri* (n. *caesi*) beschränken. Da Camillus nicht triumphirt, so hält Nieb. R. G. 2, 658 den ganzen Sieg für erdichtet.

25—26. Zug gegen Tusculum. Dion. 14, 9; 11; Dio Cass. frg. 28; Plut. 38; Val. Max. 7, Ext. 3, 9.

1—5. *Ubi* = *in quibus*. — *secreti*, 4, 27, 8. — *percont.*, n. *iis*, s. 23, 10, 9; zur Sache c. 13, 8. — *publico e.*, Tusculum bricht das Bündniß mit Rom, 2, 33, und schliesst sich den Feinden desselben an, vgl. c. 21, 2. — *si videatur*, Höflichkeitsform gegen den gleichgestellten Collegen, vgl. 34, 46, 5; 26, 16, 4. — *in praec. e.*, s. 27, 27, 11. — *docum.*, zum warnenden Beispiel, s. praef.

pugnae fugaeque in L. Furio culpam, secundae decus omne pe-
 nes M. Furium esse. introductis in senatum captivis cum bello 5
 persequendos Tusculanos patres censuissent Camilloque id bel-
 lum mandassent, adiutorem sibi ad eam rem unum petit, per-
 missoque, ut ex collegis optaret, quem vellet, contra spem omnium
 L. Furium optavit. qua moderatione animi cum collegae levavit 6
 infamiam, tum sibi gloriam ingentem peperit. nec fuit cum Tu-
 sculanicis bellum: pace constanti vim Romanam arcuerunt, quam
 armis non poterant. intransibiles fines Romanis non demigratum 7
 ex propinquis itineri locis, non cultus agrorum intermissus,
 patentibus portis urbis togati obviam frequentes imperatoribus
 processere, commeatus exercitui comiter in castra ex urbe et ex
 agris devehitur. Camillus castris ante portas positis, eademne 8
 forma pacis, quae in agris ostentaretur, etiam intra moenia esset,
 scire cupiens, ingressus urbem ubi patentes ianuas et tabernis 9
 apertis proposita omnia in medio vidit, intentosque opifices suo
 quemque operi, et ludos litterarum strepere discentium vocibus,
 ac repletas semitas inter vulgus aliud puerorum et mulierum huc
 atque illuc euntium, qua quemque suorum usuum causae ferrent,

10. — *perseq.*, Val. Max. I. 1.: *ut urbem eorum funditus Romani evertere vellent.* — *patres cens.*, der Senat beschliesst allein den Krieg, weil hier ein Bundesbruch vorlag, oder der Volksbeschluss ist unerwähnt gelassen, s. c. 14, 1. — *adiutorem*, c. 22, 6. — *optaret*, wählte, 42, 32, 1: *optaturum*; 26, 29, 8: *optio.* — *permisso*, 1, 53, 1; 10, 36, 6: *edicto*; 9, 16, 5: *impetrato*; 23, 14, 2: *lato* u. a. — *moderat.*, 4, 41, 7. — *poterant*, das Urtheil des L., dass sie damals oder überhaupt es nicht vermocht hätten.

7--9. *intransibiles*, s. 1, 23, 10; ib. 8, 5. — *itineri*, die Itss. haben *itineris*, vgl. 4, 55, 5; 3, 38, 9. — *togati*, wie in Rom. — *Camillus*, alle Erscheinungen des Friedens sind in verschiedenen Formen, Particp, Infinitiv, Adjectiv, in anaphorischer: *patentes* — *intentos* — *repletos*, und chiasmischer Ordnung: *cupiens*, *ingressus*; *strepere*, *simile* in der Periode zusammengefasst. — *scire*, 2, 11, 6. — *propos. o. in med.*, s. c. 19,

7, hier: vor Aller Augen (zum Verkauf) ausgestellt. Es werden Locale vorausgesetzt, in die von der Strasse aus hineingesehen werden kann; dass dieses auch von den Schulen gelte, wird durch *strepere* unwahrscheinlich, s. Marq. 5, 95. — *ludos litt.*, wo sich die Kinder im Lesen übten, 3, 44. — *discentium*, praef. 4. Zu *strepere* ist das passende Prädicat aus *vidit* zu entnehmen, vgl. 10, 34, 6; 21, 22, 8; 44, 34, 10: *strepere moverique omnia* — *cerneret.* — *inter vulgus al.*, mitten unter den Leuten, die sich sonst auf der Strasse herumtrieben, 4, 41, 8. — *puerorum et m.*, mit *repletus* verbunden, welches, wie die übrigen Wörter der Fülle, hier den Genitiv, sonst bei L. wie bei Anderen den Ablat. hat. Das offene Herumgehen der Kinder und Frauen, die am ersten der Misshandlung ausgesetzt waren, musste als das sicherste Zeichen des Friedens gelten. — *quemque* hat sich hier an *qua* angeschlossen und ist so vor *suorum* getreten, vgl. vorher *suo quemque*,

- 10 nihil usquam non pavidis modo sed ne mirantibus quidem simile, circumspiciebat omnia, inquirens oculis, ubinam bellum fuisset:
- 11 adeo nec amotae rei usquam nec oblatae ad tempus vestigium ullum erat, sed ita omnia constanti tranquilla pace, ut eo vix fama
- 26 belli perlata videri posset. Victus igitur patientia hostium senatum eorum vocari iussit. „soli adhuc“ inquit, „Tusculani, vera arma verasque vires, quibus ab ira Romanorum vestra tutaremini, invenistis. ite Romam ad senatum; aestimabunt patres, utrum plus autem poenae an nunc veniae meriti sitis; non praecipiam gratiam publici beneficii; deprecandi potestatem a me habueritis; precibus eventum
- 3 vestris senatus, quem videbitur, dabit.“ postquam Romam Tusculani venerunt, senatusque paulo ante fidelium sociorum maestus in vestibulo curiae est conspectus, moti extemplo patres vocari eos
- 4 iam tum hospitaliter magis quam hostiliter iusserunt. dictator Tusculanus ita verba fecit: „quibus bellum indixistis intulistisque, patres conscripti, sicut nunc videtis nos stantes in vestibulo curiae vestrae, ita armati paratique obviam imperatoribus legionibusque vestris processimus. hic noster, hic plebis nostrae habitus fuit erique semper, nisi si quando a vobis proque vobis arma

5, 20, 8.

10—11. *pavidis* — *simile*, s. 8, 18, 11. Ueber das Neutrum 4, 51, 6. — *adeo* etc. geht darauf, dass Cam. sich umsonst nach Zeichen des Krieges umgesehen habe, was durch: *ubinam* — *fuisset* angedeutet ist. — *ad tempus*, wie es die Verhältnisse zu fordern schienen, um die Römer zu täuschen, 3, 64, 4; 28, 42, 5. — *constanti tr. pa.* = *omnia tranquilla const.* p. u. *erant*, s. praef. 5; auch sonst vermeidet L. nicht immer Zweideutigkeit, 2, 4, 2: *quorum vetustate memoria*; 6, 38, 5 *quanto* u. a. — Wie alle hier geschilderten Verhältnisse haben eintreten können, wenn nach dem Fetialrechte, 1, 32, verfahren, und der Krieg förmlich angesagt gewesen wäre, s. c. 26, 4; 7: *bellum indixistis*. ist nicht abzusehen; auch diese Scenen sind durch die Sage ausgeschmückt.

26. 1—2. *patientia*, Unterwürfigkeit. — *tutaremini* hat sich an *Tusculani* angeschlossen, obgleich *soli* ein allgemeines Prädicat: *qui-*

bus resisti posset erwarten liess. — *nou praecip.*, 22, 38, 11: *se—ea ante tempus—praecepturum*. Obgleich die Feldherrn die Vollmacht haben vorläufige Anordnungen zu treffen, so überlässt doch Cam. die ganze Angelegenheit dem Senate, damit dessen Milde erkannt werden könne. — *quem vid.* ist aus *dabit* zu ergänzen, 23, 34, 14.

3—7. *senatus*, der ganze Senat, nicht wie sonst einzelne Abgeordnete. — *hospitaliter—hostil.*, 1, 58, 8. — *dictator*, 3, 18, 2, Mommsen 1, 345. — *sicut—stantes*, ebenso friedlich, in eben dem Aufzuge; der Nachdruck liegt auf *sicut*. — *in vestib.*, 2, 48, 10; 5, 41, 8; nur der Dictator ist in der Curie, s. 7, 31, 5. — *noster—plebis*, zwei Stände wie zu Rom werden auch sonst in den lat. Städten erwähnt, 4, 9 f.; 1, 28, 7. — *nisi si, vollständig: nisi quando arma capienda sunt, si a vobis.* — *a vobis*, wie später die *socii*, Unterthanen, s. c. 10, 6; 3, 4, 11. — *ubi* = *apud quos*, vor *ne* ist

acceperimus. gratias agimus et ducibus vestris et exercitibus, quod oculis magis quam auribus crediderunt et, ubi nihil hostile erat, ne ipsi quidem fecerunt. pacem, quam nos praestitimus, 6
eam a vobis petimus; bellum eo, sicubi est, avertatis precamur; in nos quid arma polleant vestra, si patiendo experiendum est, inermes experiemur. haec mens nostra est, dii immortales faciant, tam felix, quam pia. quod ad crimina attinet, quibus moti 7
bellum indixistis, etsi revicta rebus verbis confutare nihil attinet, tamen, etiam si vera sint, vel fateri nobis ea, cum tam evidenter paenituerit, tutum censemus. peccetur in vos, dum digni sitis, quibus ita satisfiat.“ tantum fere verborum ab Tusculanis 8
actum. pacem in praesentia nec ita multo post civitatem etiam impetraverunt. ab Tusculo legiones reductae.

Camillus, consilio et virtute in Volsco bello, felicitate in Tu- 27
sculana expeditione, utrobique singulari adversus collegam patientia et moderatione insignis, magistratu abiit creatis tribunis 2
militaribus in insequentem annum L. et P. Valeriis, Lucio quintum, Publio tertium, et Gaio Sergio tertium Lucio Menenio iterum Publio Papirio Servio Cornelio Maluginense. censoribus 3

in gleichem Sinne *ibi* zu denken. — *auribus*, den Aussagen der Gefangenen, c. 25, 1. — *eo, sic. est.*, verkürzt statt *eo, ubi est, sicubi est.* — *felix (sit) quam pia (est).* — *attinet* — *attinet*, in verschiedener Bedeutung. — *etsi — etiam si*, obgleich es unnütz ist durch Worte zu widerlegen, was durch Thatfachen zurückgewiesen ist, wir also eine Schuld nicht mehr einzugestehen haben, so halten wir es doch sogar für ungefährlich das Geständniss abzulegen, wenn die Anschuldigungen gegründet sein sollten. Der Gedanke ist dadurch verdunkelt, dass *tamen* sich nicht sowol auf den mit *etsi* eingeleiteten Satz bezieht, als auf eine Folgerung aus demselben, vgl. c. 18, 5. — *dum*, wenn nur, nur dass.

8. *pacem*, durch den Senat; die *civitas*, c. 33, durch das Volk, noch vor 378 a. u. — *civitat.*, wahrscheinlich hat L., wie Dion. c. 9: πολιτείαν ἔγνωσαν τοῖς κρατιθεῖσι χαρῶσασθαι, πάντων μεταδόντες, ὧν τοῖς Ῥωμαίοις μετῆν, vgl. c.

10; Dio Cass. l. 1., an das volle Bürgerrecht gedacht, und dieses für eine grosse Wohlthat angesehen, vgl. c. 36, 2; 5, 14, 3, obgleich dasselbe damals, besonders nach dem Einfall der Gallier, noch nicht die Bedeutung wie in späterer Zeit haben konnte, sondern, da es die neuen Bürger nöthigte ihre frühere Verbindung mit ihren latinischen Stammesgenossen, zum grossen Theile ihre communale Selbständigkeit, ihr Recht aufzugeben, und dafür römisches anzunehmen, sehr drückend sein musste, so dass es nicht auffallen kann, wenn die Tusculaner später, S. 7, 2, sich aus diesem Verhältniss zu befreien, die Latiner die Stadt wieder zu gewinnen suchen, s. c. 33; 36; vgl. 3, 29, 6; 9, 43, 23; Marq. 3, 1, 9.

27—29. Unruhen wegen der Schuldverhältnisse; Krieg mit Präneste; Diod. 15, 50.

1—3. *in Volsco. b.*, c. 24, 7. — *Lucio*, c. 24; *Publio*, c. 18; *Sergio*, c. 11; *Menenio*, c. 5; *P. Papir.* bei

quoque eguit annus, maxime propter incertam famam aeris alieni, adgravantibus summam etiam invidiae eius tribunis plebis, cum ab iis elevaretur, quibus fide magis quam fortuna debentium laborare creditum videri expediebat. creati censores C. Sulpicius Camerinus Sp. Postumius Regillensis, coeptaque iam res morte Postumi, quia collegam suffici censori religio erat, interpellata est. igitur cum Sulpicius abdicasset se magistratu, censores alii vitio creati non gesserunt magistratum; tertios creari velut diis non accipientibus in eum annum censuram religiosum fuit. eam vero ludificationem plebis tribuni ferendam negabant: fugere senatum testes tabulas publicas census cuiusque, quia nolint con-

Diod.: *T. Papir.*; *Cornelio*, c. 22. — *ensorib.*, während Diodor 15. 50 u. 51 für dieses und das folgende Jahr 5 Consulartribunen erwähnt, wie L. 5, 1, giebt dieser hier und c. 31 Censoren neben den Consulartribunen an; und dass er a. u. St. wirkliche Censoren meine, zeigt das § 5 Erwähnte, was wol bei Consulartribunen, die den Census gehalten hätten, nicht eingetreten wäre, s. Lange 1, 455. Diese Censoren sind wahrscheinlich, s. zu c. 5, 8, vgl. die Stelle des Festus zu c. 14, 12, die ersten nach dem Einfall der Gallier. Sie sollen die Schuldverhältnisse untersuchen und neue Censurlisten entwerfen, da bis dahin, obgleich der Besitzstand sich bedeutend geändert haben musste, das tributum wahrscheinlich noch nach der vor dem Gallischen Kriege abgehaltenen Schätzung eingefordert wurde, s. Nieb. R. G. 2, 441. — *aeris al.*, die Masse der Schulden, die sich durch den Verlust im Kriege, durch den Aufbau der Stadt, die Befestigung des Capitols, c. 4, die Steuern in Folge der beständigen Kriege angehäuft hatte, ist c. 11; 14 angedeutet worden. — *adgravant. sum. i. e.* würde, wenn die Stelle richtig ist, (statt *inv. eius* wird *inv. causa* oder *invidiose*, *invidiosius* verm.) bedeuten: indem sie die Masse des gehässigen Gegenstandes (*invidia* = *res*

invidiosa), der Schulden, die an sich schon gross genug war, (durch ihre Reden) noch drückender machten, steigerten, vgl. 26, 12, 10: *summaeurae omnis*; 3, 61, 12; 42, 58, 7; über *invidia* s. 2, 23, 2. — *ab iis etc.*, die Geldverleiher, *fenestrosos*. — *fide — creditum*, das ausgeliehene Capital habe zu kämpfen, leide mehr durch die Art wie die Schuldner ihre Verbindlichkeiten erfüllten, s. c. 34, 2, als durch die Vermögensverhältnisse derselben; wir fassen *fide* und *fortuna* negativ: das Capital und die Zinsen ständen schlecht mehr wegen Mangel an gutem Willen zu zahlen als u. s. w., vgl. zu 2, 19, 6.

4—6. *Sulpicius*, c. 22. — *Postumius*, 5, 28. — *res*, der Census und die Ordnung der Vermögensverhältnisse. — *religio*, 5, 31. — *alii*, da der Census nur begonnen (*coepta res*) ist, so werden um denselben vollständig zu halten sogleich neue Censoren gewählt. — *vitio er.*, Bekker 2, 2, 193. — *vero*, das sei wahrhaftig. — *fugere*, s. 8, 33, 8: *fugienti senatus indicium*, scheuen, zu entgehen suchen. — *testes*, das Object ist aus *census cuiusq.*, obgleich dieses zunächst zu der Apposition *tabul. publ.* gehört, leicht zu entnehmen, vgl. 2, 23, 4: *testes — pugnarum cicatrices*; Cic. Verr. 5, 5, 10: *testes publicae tabulae*. — *tabul. — cui.*, die unter öffentlicher Auto-

spici summam aeris alieni. quae indicatura sit demersam partem a parte civitatis, cum interim obaeratam plebem obiectari aliis atque aliis hostibus. passim iam sine ullo discrimine bella 7 quaeri: ab Antio Satricum, ab Satrico Velitras, inde Tusculum legiones ductas, Latinis Hernicis Praenestinis iam intentari arma civium magis quam hostium odio, ut in armis terant plebem nec respirare in urbe aut per otium libertatis meminisse sinant aut consistere in contione, ubi aliquando audiant vocem tribuni- 8 ciam de levando fenore et fine aliarum iniuriarum agentem. quod si sit animus plebi memor patrum libertatis. se nec addici quem- 9 quam civem Romanum ob creditam pecuniam passuros neque dilectum haberi, donec inspecto aere alieno initaque ratione minuendi eius sciat unus quisque, quid sui, quid alieni sit, supersit sibi liberum corpus, an id quoque nervo debeatur. merces 9 seditionis proposita confestim seditionem excitavit. nam et addicebantur multi, et ad Praenestini famam belli novas legiones scribendas patres censuerant; quae utraque simul auxilio tribu- 10 nicio et consensu plebis inpediri coepta: nam neque duci addictos tribuni sinebant, neque iuniores nomina dabant. cum patribus minor in praesens cura creditae pecuniae iuris exsequendi

rität angelegten Schätzungslisten, welche, da das Vermögen jedes Einzelnen (*cuiusque* s. 4, 5S, 13; 45, 3S, 12) eingetragen wurde, Zeugen desselben, hier der Verschuldung der Plebs, waren, s. Becker 2, 2, 206. Die Stelle und § 8 zeigen, dass bei der Abschätzung dem Censor eine Berechnung des Activ- und Passivbestandes vorgelegt wurde, wodurch jedoch, da der geringe Besitz der grossen Mehrzahl der Plebejer in Grundeigenthum bestand, und dieses, wenn auch verschuldet, im Census angegeben werden musste, wenig geholfen werden konnte. Man scheint daher eine Massregel wie sie 6, 35, 4 vorgeschlagen oder wie die, welche 7, 21 ausgeführt wird, schon jetzt gefordert zu haben. — *mersam*, c. 17, 2. — *cum int.*, c. 11, 4.

7—8. *passim*, überall, wo es dem Senate beliebe. Die Zustimmung des Volkes ist übergangen. — *ab Antio* etc., ohne genaue Beachtung der Zeitfolge, s. c. 2; 7; 9; 21; 22. —

Praenest., wie c. 21, 2; vgl. c. 32, 4. — *libertatis* etc., 4, 5S, 12. — *consistere*, weil man in den Contionen stand. — *memor*, 22, 25, 10. — *addici* etc., sie wollen gegen das Gericht selbst oder gegen gerichtliche Schuldexecutionen Einspruch thun, 3, 59, 2. — *initaque r. m.*, die c. 35, 4 vorgeschlagene Massregel wird angedeutet. — *quid sui*, was sein wirkliches Eigenthum sei, was er an die Gläubiger abtreten müsse, s. c. 20, 6. — *liberum c.*, ob sein Vermögen zur Deckung der Schulden ausreiche, oder er in Schuldknechtschaft sich begeben müsse. — *nervo*, s. c. 11, 8.

9—11. *nam*, das, was als Erklärung hinzugefügt werden soll, ist in den Relativsatz, der durch *namque* etc. weiter ausgeführt wird, aufgenommen; logisch sind *et addie. — et — censuer.* Nebensätze: *nam, cum — censuissent, utraque* etc. — *addicebant.*, c. 14, 10; es geschah ohne Erfolg. — *minor in praes.*, die

quam dilectus esset — quippe iam a Praeneste profectos hostes
 11 in agro Gabino consedissee nuntiabatur —, interim tribunos ple-
 bis fama ea ipsa iritaverat magis ad susceptum certamen quam
 deterruerat; neque aliud ad seditionem extinguendam in urbe
 quam prope inlatum moenibus ipsis bellum valuit.

28 Nam cum esset Praenestinis nuntiatum nullum exercitum
 conscriptum Romae, nullum ducem certum esse, patres ac ple-
 2 bem in semet ipsos versos, occasionem rati duces eorum raptim
 agmine acto pervastatis protinus agris ad portam Collinam signa
 3 intulere, ingens in urbe trepidatio fuit, conclamatum „ad arma“
 concursumque in muros atque portas est, tandemque ab sedi-
 tione ad bellum versi dictatorem T. Quinctium Cincinnatum
 4 creavere, is magistrum equitum A. Sempronium Atratinum
 dixit, quod ubi auditum est — tantus eius magistratus terror
 erat — simul hostes a moenibus recessere, et iuniores Romani
 5 ad edictum sine retractatione convenere, dum conscribitur Ro-
 mae exercitus, castra interim hostium haud procul Alia flumine
 posita; inde agrum late populantes fatalem se urbi Romanae lo-
 6 cum cepisse inter se iactabant, similem pavorem inde ac fugam
 fore ac bello Gallico fuerit: etenim si diem contactum religione
 insignemque nomine eius loci timeant Romani, quanto magis
 Aliensi die Aliam ipsam, monumentum tantae cladis, reformida-

Hdss. haben die harte Verbindung:
minor praesens, mit der nur etwa
 verglichen werden könnte Terent.
 Heaut. 2, 3, 113: *quasi istie meares
 minor agatur, quam tua*. — *cred.* —
erseq., über die gehäuften Genitivi
 s. prael. 3. — *profect.* — *nuntiab.*,
 s. 4, 53, 3. — *inter.* — *deterr.*, s.
 2, 17, 12: der Gedanke hat sich statt
 auf *cum* etc. zurückzugehen, an
quippe — *nuntiab.* angeschlossen,
 daher nicht, wie man erwartet: *tri-
 buni summa vi dilectum impediabant,
 nam ea ipsa fama iniritaverat*.

28. 1—3. *certum*, bei der grossen
 Zahl der Militärtribunen; bereitet
 auf die Wahl des Dictators vor. —
occasion., absolnt: der günstige Mo-
 ment, s. 4, 31, 2. — *agmine acto*,
 marschiren, das Heer in Bewegung
 setzen; häufiger mit *raptim*, *cursu*
 u. ä. verbunden, anders *agmine facto*,
 5, 30, 4. — *protinus*, beim Vorrück-

ken, unterwegs, vgl. 26, 51, 9; 32,
 13, 4. — *ad portam C.*, sie rückten
 auf dasselbe zu, kamen also nicht
 auf der *via Praenestina*, sondern
 der *Nomentana*. — *atque p.*, obgleich
 zu *portas* mehr *ad* passen würde,
 kann doch auch *in* darauf bezogen
 werden.

4—6. *Quinctium*, c. 15. — *iunior*.
R. wie *plebs Romana*; *patres Ro-
 mani*. — *sine retract.*, vgl. c. 16, 3.
 — *procul Al.*, sie werden auf der
via Salaria zurückgegangen gedacht,
 Nieb. R. G. 2, 660. — *contact. rel.*
 = *religiosum, atrum*, c. 1, 11, auf
 dem ein Fluch ruht. — *Aliensi die*
 ist nach *diem e. r.* wiederholt, um
 den Gegensatz zu *Aliam* zu heben.
 Die Verbindung von *magis* mit dem
 Abl. statt *quam* ist ausser bei Ad-
 jectiven wie *solito* u. ä. nicht häufig;
 s. 29, 15, 11: *alii aliis magis recu-
 sare*: C. Fin. 3, 3, 11: *alia magis*

turos? species profecto his ibi truces Gallorum sonumque vocis in oculis atque auribus fore. has inanum rerum inanes ipsas 7 volventes cogitationes fortunae loci delegaverant spes suas. Romani contra, ubicumque esset Latinus hostis, satis scire eum esse, quem ad Regillum lacum devictum centum annorum pace obnoxia tenuerint; locum insignem memoria cladis iritaturum 8 se potius ad delendam memoriam dedecoris, quam ut timorem faciat, ne qua terra sit nefasta victoriae suae; quin ipsi sibi Galli si offerantur illo loco, se ita pugnuros, ut Romae pugnaverint in repetenda patria, ut postero die ad Gabios, tunc cum effecerint, ne quis hostis, qui moenia Romana intrasset, nuntium secundae adversaeque fortunae domum perferret.

His utrimque animis ad Aliam ventum est. dictator Roma- 29 nus, postquam in conspectu hostes erant instructi intentique, „videsne tu“ inquit, „A. Semproni, loci fortuna illos fretos ad Aliam constitisse? nec illis di immortales certioris quidquam fiduciae maiorisve quod sit auxilii dederint. at tu, fretus armis 2 animisque, concitatis equis invade mediam aciem; ego cum legionibus in turbatos trepidantesque inferam signa. adeste, dii testes foederis, et expetite poenas debitas simul vobis violatis nobisque per vestrum numen deceptis.“ non equitem, non peditem 3 sustinuerunt Praenestini. primo impetu ac clamore dissipati ordines sunt; dein, postquam nullo loco constabat acies, terga vertunt, consternatique et praeter castra etiam sua pavore praelati non prius se ab effuso cursu sistunt, quam in conspectu Praeneste fuit. ibi ex fuga dissipati locum, quem tumultuario opere 4

alia; ib. 4, 16, 43; 3, 22, 76: *quid philosophia magis colendum.* — *his*, c. 10, 8. — *auribus*, auch hierzu ist *in* zu nehmen, obgleich sonst *in auribus* nicht so gebräuchlich ist, wie *in ore*, *in oculis*, vgl. 9, 12, 1.

7—9. *satis scire*, vgl. 1, 9, 4. — *centum a.*, c. 2, 3. — *obnoxia p.*, von den Menschen auf die Sache übertragen: ein Friede, durch den sie von den Römern abhängig wurden. Ueber die Sache s. c. 2; 21. — *quam ut*, 2, 15, 2. — *nefasta* von *dies nefastus* entlehnt: es gebe kein Unglücksland, wo nach dem Willen der Götter die Römer nicht siegen könnten, wie es Unglückstage gäbe. Der Gedanke bezieht sich auf § 6: *quanto magis* etc. — *tunc cum* fügt

zu *postero die* noch eine genauere Bestimmung, wie *is qui* zu einem vorhergeh. Begriff; Cic. Tusc. 4, 1, 2; Lael. 14, 49 n. a.

29. 1—3. *loci*, nur im Vertrauen auf u. s. w. — *nec -- dederint*, ist hier wol eine das Vorhergeh. (*loci*) erklärende Voraussetzung des Dictators: der Erfolg wird zeigen, dass, s. c. 14, 4; 22, 14, 10; 25, 38, 17; anders 28, 28, 11, vgl. 5, 53, 3. — *maior. q. s. auv.*, etwas was — bestehe aus, was — gewähre. — *equis inv.*, c. 32, 8. — *inferam s.*, nur: angreifen, daher *cum legionibus*. — *expetite*, 1, 23, 4. — *per v. numen n. iuramento facto*, s. 1, 9, 13. — *praeter — praelati*, 5, 26, 7.

4—6. *ex fuga d.*, die (während

communirent, capiunt, ne, si intra moenia se recepissent, ex-
 templo ureretur ager, depopulatisque omnibus obsidio urbi in-
 5 ferretur. sed postquam direptis ad Aliam castris victor Roma-
 nus aderat, id quoque munimentum relictum, et vix moenia tuta
 6 rati oppido se Praeneste includunt. octo praeterea oppida erant
 sub dicione Praenestinatorum. ad ea circumlatum bellum, deinceps
 7 eae quoque expugnatae. tum ad caput belli Praeneste ventum.
 8 id non vi, sed per deditionem receptum est. T. Quinctius semel
 acie victor, binis castris hostium, novem oppidis vi captis, Prae-
 neste in deditionem accepto Romam revertit, triumphansque si-
 gnum Praeneste devectum Iovis Imperatoris in Capitolium tulit.
 9 dedicatum est inter cellam Iovis ac Minervae, tabulaque sub eo
 fixa, monumentum rerum gestarum, his ferme incisa litteris fuit:
 „Iuppiter atque divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dicta-
 10 tor oppida novem caperet.“ die vicensimo quam creatus erat
 dictatura se abdicavit.

sie) sich auf der Flucht zerstreut hatten u. s. w., S, 24, 10: *contrahens suos ex fuga palatos*; Caes. B. G. 6, 35: *multos ex fuga dispersos excipiunt*; sonst sagt L. gewöhnlich *dissipata* od. *dispersa fuga*, s. 2, 59, 9; 31, 42, 9, vgl. zu 25, 20, S, wie auch an u. St. verm. wird. — *si — recep., quod futurum esset, si* etc. — *obsid. inf.*, nach der Analogie von *bellum, arma inferre*. — *vix rati*, während (obgleich) sie u. s. w. — *Praeneste*, 1, 2, 3; anders § S. — *octo — opp.*, Untertanenstädte, wie bei Tibur S, 8, 17 f., wol zwischen dem Aequer- u. Albanergebirge. — *Velitras* hat sich an Pr. angeschlossen, ohne von ihm abhängig zu sein, s. c. 22. Es ist eben so auffallend, dass die treulose Stadt so leicht eingenommen, s. c. 36; 42, u. nicht bestraft wird, als dass das feste Praeneste sich ohne Widerstand ergiebt, da es c. 30, S den Krieg fortsetzt, s. Nieb. R. G. 2, 661 f.

S—10. *Praeneste* ohne a s. 2, 33, 6; 24, 12, 3. — *Iovis Imp.*, wenn nach Cic. Verr. 4, 58, 129 eine Statue des

Jup. Imp. durch T. Quinctius Flaminus nach Rom gebracht wird, so bezieht sich dieses entweder auf ein anderes Bild, oder es ist T. *Quinctius Flamininus* und *Cincinnatus* verwechselt. Dass L. oder sein Gewährsmann geirrt habe, ist kaum glaublich, da sogleich die Votivtafel erwähnt wird. — *Imperator*, s. Preller Myth. 183. — *inter cell.*, in den die Cellen scheidenden Wänden scheinen Nischen (*aediculae*) gewesen zu sein, in deren einer, rechts von der Celle des Jupiter, vgl. c. 4, 3; 7, 3, 5, das Bild seinen Platz erhielt, s. Becker I, 399. — *incisa — fuit*, sie hat die Inschrift gehabt, s. 3, 26, 10; 23, 19, 18: *titulus fuit subiectus*; zur Sache Becker 1, 25; Preller S. 207; *dedicatum est* giebt nur das Factum an. Schon zu Cicero's Zeit, s. d. a. St., existirte das von ihm erwähnte Bild nicht mehr, was auch L. durch *incisa fuit* andeutet. Wahrscheinlich hat dieser die Notiz aus einer Schrift des jüngeren Cincius, s. 7, 3; Mommsen Chron. 317, entlehnt. Ein anderer Theil der von L., welcher, wie *ferme*

Comitia inde habita tribunorum militum consulari potestate, 30
 quibus aequatus patriciorum plebeiorumque numerus. ex patri- 2
 bus creati P. et C. Manlii cum L. Iulio; plebes C. Sextilium M.
 Albinium L. Antistium dedit. Manliis, quod genere plebeios, gra- 3
 tia Iulium anteibant, Volsci provincia sine sorte, sine compara-
 tione, extra ordinem data; cuius et ipsos postmodo et patres,
 qui dederant, paenituit. inexplorato pabulatum cohortes mi- 4
 sere; quibus velut circumventis, cum id falso nuntiatum esset,
 dum, praesidio ut essent, citati feruntur, ne auctore quidem ad-
 servato, qui eos hostis Latinus pro milite Romano frustratus
 erat, ipsi in insidias praecipitavere. ibi dum iniquo loco sola 5
 virtute militum restantes caedunt caedunturque, castra interim
 Romana, iacentia in campo, ab altera parte hostes invasere. ab 6
 ducibus utrobique proditae temeritate atque inscitia res; quid-
 quid superfuit fortunae populi Romani, id militum etiam sine
 rectore stabilis virtus tutata est. quae ubi Roman sunt relata, 7

zeigt, nicht das Ganze anführen wollte, erwähnten Inschrift wird von Festus p. 363 mitgetheilt: *trientem tertium (2 1/3 Pf.) pondo coronam auream dedisse se Iovi donum scripsit T. Quinctius dictator, quom per novem dies totidem urbes et decimam Praeneste cepisset.* Die Inschrift war im saturnischen Versmaße abgefasst, nach Ritschl der Anfang folgender:

*Diovispiter atque divi — omnes
 hoc dederunt,*

*Ut Titus Quinctius dic-tator
 [in duello].*

— die vic. q., 3, 8, 2; Becker 2, 2, 164; Ihne Röm. Gesch. 1, 243.

30. Krieg mit den Volskern. Diod. 15, 51.

1—4. *plebeiorum*, diese gelangen seit 358, s. 5, 18 (mit Ausnahme vielleicht von Trebonius c. 21), zum erstenmale wieder zum Militärtribunate. — *P. Manlius* c. 42; 38; *C. Manl. (Capitolinus)*; *Iulio*, c. 4; *Albinium* viell. war der 5, 40 erwähnte, ohgleich dieser *Lucius* genannt wird, gemeint, vgl. Nieb. R. G. 2, 606; CIL. p. 285. Diodor l. l. erwähnt 8 Consulartribunen, wahrscheinliche

mit Einschluss der von L. erst im folg. Jahre c. 31 angeführten Censoren, s. c. 27, 3, obgleich die Namen verschieden sind. — *dedit*, 7, 1, 1. — *sine s.* — *ordin.*, alle drei Arten der Bestimmung der Provinzen, Loos, freie Uebereinkunft, specielle Anordnung des Senates, sind hier zusammen genannt, s. c. 22, 6; 8, 20, 3; Becker 2, 2, 116. — *cuius*, 2, 47, 12.

4—6. *velut circ.*, wie sie meinten; als wären sie. — *feruntur*, 25, 15, 15: *Romanos fusos ad urbem ferri viderunt.* — *qui* — *pro* = *cum esset* — *tamquam esset.* — *praecipitare* neutral, vgl. 4, 12, 11; 2, 51, 5 u. a. — *restantes*, Stand halten vermittelt der Tapferkeit, auf dieselbe gestützt, 4, 58, 4. — *caedunt* etc., Verg. 10, 756: *caedebant pariter pariterque ruebant.* — *utrobique*, in der Schlacht und dem Lager, das sie wol ohne Bedeckung gelassen hatten. — *fortunae* wird am einfachsten als Genitiv genommen: das Wenige von dem Glücke, was die Uubesonnenheit und Ungeschicklichkeit der Tribunen übrig gelassen hatte, s. 1, 34, 11: *et ipse*

- primum dictatorem dici placebat; deinde, postquam quietae res ex Volscis adferebantur, et apparuit nescire eos victoria et tempore uti, revocati etiam inde exercitus ac duces, otiumque inde, quantum a Volscis, fuit; id modo extremo anno tumultuatum, quod Praenestini concitatis Latinorum populis rebellarunt. — Eodem anno Setiam ipsis querentibus penuriam hominum novi coloni adscripti. rebusque haud prosperis bello domestica quies, quam tribunorum militum ex plebe gratia maiestasque inter suos obtinuit, solacium fuit.
- 31 Insequentis anni principia statim seditione ingenti arsere tribunis militum consulari potestate Sp. Furio Q. Servilio iterum Lucio Menenio tertium P. Cloelio M. Horatio L. Geganio. erat autem et materia et causa seditionis aes alienum. cuius noscendi gratia Sp. Servilius Priscus Q. Cloelius Siculus censores facti, ne rem agerent, bello impediti sunt: namque trepidi nuntii primo, fuga deinde ex agris legiones Volscorum ingressas fines popularique passim: Romanum agrum attulere. in qua trepidatione tantum afit, ut civilia certamina terror externus cohiberet, ut contra eo violentior potestas tribunicia inpediendo dilectu esset, donec condiciones inpositae patribus, ne quis, quoad debellatum

fortunam — *adiuvabat*; 5, 40, 1: *commendantes virtuti eorum urbis* — *quaecumque reliqua esset fortuna*, Andere nehmen es als Dativ.

7—9. *postq.* — *feriebantur et apparuit*, vgl. zu 2, 7, 3 u. 23, 18, 7. — *exercitus*, wahrscheinlich ist je eine Legion unter einem der Manlier zu denken, vgl. 30, 41, 1; 39, 1, 3. — *otiumque* etc., vgl. 22, 21, 1. — *tumult.*, 24, 21, 2; 36, 44, 4. — *conciatatis*, s. c. 21. — *Setia*, j. Sezza, an der Westseite des Volksischen Gebirges, über den pomptinischen Sümpfen. Die Gründung der Colonie, welche Vell. 1, 14 in das 8. Jahr nach dem Einfall der Gallier setzt, hat L. übergangen. Setia erscheint hier, 7, 42; S, 1 als Bürgercolonie, allein S, 3 steht sie auf der Seite der Latiner. Die Verstärkung derselben musste zum Schutze des neuen Besitzes im Lande der Volsker um so notwendiger erscheinen, da Satricum verloren war. — *novi c.*, 4, 11, 7; 34, 42, 6. — *ipsis*, im

Gegensatz zur Stadt, 24, 35, 1: *Herolorum* — *dedentibus ipsis recipit*; 31, 46, 13; zugleich findet eine constr. ad synesin statt. — *rebus* — *solae.*, s. 3, 35, 3; 22, 22, 7: *emolumentum*, vgl. 10, 37, 7.

31. Innere Unruhen; Verwüstung des Volksischen Gebietes.

1—2. *principia*, die ersten Tage, sind statt *seditio* Subj., um die Zeit zu heben: „gleich in den ersten Tagen brach die Flamme einer heftigen Empörung aus“. — *Servilio*, c. 22; *Menenio*, c. 27; *C. Licinius (Stolo)*; Diod. 15, 57 nennt nur vier Consulartrib. — *noscendi* etc., vgl. c. 27. — *bello*, weil die abwesenden Bürger ihr Vermögen nicht angeben können.

4—5. *inpediendo dil.* ist Abl., 3, 17, 2: sie traten noch anmassender mit ihrer Einsprache auf, anders 2, 59, 2. — *quis* bezeichnet zu *daret* andere Personen als zu *diceret*, da dieses nicht ohne Härte ist, so verm. Madvig *imperaret* statt *daret*. — *de*

esset, tributum daret, aut ius de pecunia credita diceret. eo laxa- 5
 mento plebi sumpto mora dilectui non est facta. legionibus no-
 vis scriptis placuit duos exercitus in agrum Volscum legionibus
 divisus duci: Sp. Furius M. Horatius dextrorsus maritimam oram
 atque Antium, Q. Servilius et L. Geganius laeva ad montes Ece-
 tram pergunt. neutra parte hostis obvius fuit: populatio itaque 6
 non illi vagae similis, quam Volscus latrocinii more, discordiae
 hostium fretus et virtutem metuens, per trepidationem raptim
 fecerat, sed ab iusto exercitu iusta ira facta, spatio quoque tem-
 poris gravior. quippe a Volscis timentibus, ne interim exercitus 7
 ab Roma exiret, incursiones in extrema finium factae erant; Ro-
 mano contra etiam in hostico morandi causa erat, ut hostem ad
 certamen eliceret. itaque omnibus passim tectis agrorum vicis- 8
 que etiam quibusdam exustis, non arbore frugifera, non satis in
 spem frugum relictis, omni, quae extra moenia fuit, hominum pec-
 cundumque praeda abacta, Romam utrimque exercitus reducti.

Parvo intervallo ad respirandum debitoribus dato postquam 32
 quietae res ab hostibus erant, celebrari de integro iuris dictio, et
 tantum abesse spes veteris levandi feneratoris, ut tributo novum fe-

bellat., s. 2, 26, 6; 3, 70, 11 u. o., ist wol statt des hds. *bellatum* zu lesen, doch vgl. Tac. H. 2, 40, L. 29, 14, 1. — *tributum d.*, das tributum erscheint neben dem Wucher als die wichtigste Ursache der Verschuldung der Plebs. — *ius dic.*, 2, 24, 6; 6, 27, 10. — *laxamento*, c. 32, 1: *intervallo ad respirandum*. — *novis*, dieses geschah damals für jeden Feldzug; warum es gerade hier erwähnt wird, ist nicht klar. — *legionib. script.* — *legion. divisus* wird durch die verschiedene Beziehung der Ablative entschuldigt; zwei Heere, die nach Theilung der (vier?) Legionen gebildet wären, s. c. 30, 7. — *dextrorsus*. — *laeva*, gegen die westlichen und östlichen Völker. — *marit. oram* hängt, wie es scheint, von dem in *dextrorsus* liegenden Begriff der Richtung ab, vgl. 8, 15, 8; *dextra*; zur Sache 2, 34, 3; Madvig verm. in *mar. or.* — *Antium*, c. 9. — *Ecestr.*, 2, 25, 6.

6—8. *discordiae*, 4, 37, 6. — *et* und doch zugleich, fast: aber, s. 28,

26, 11; 35, 10, 5. — *iusto exerc.* ein vollständiges Heer, 10, 25, 16, im Gegensatze zu *latrocinium*, s. 8, 34, 10; 2, 48, 5; anders *iusta ira* in Bezug auf § 3. — *extr. fin.*, 9, 31, 1. — *hostico* braucht L. häufiger substantivisch als mit *agro*, 44, 13, 1; 8, 34, 9; ib. 38, 2 u. a. Der ganze Begriff in *host. mor.* wird durch *etiam* gesteigert im Gegensatze zu *vagae*. — *tectis*, einzeln stehende Häuser auf dem Lande. — *satis* = *segetibus*, sonst mehr dichterisch, vgl. 8, 29, 11; 31, 30, 3. — in *sp. fr.*, so dass man hätte hoffen können; 5, 24, 2.

32—33. Die Noth der Plebs; Krieg mit den Völkern und Latinnern. Diod. 15, 61.

1. *Parvo*, ungeachtet des c. 31, 6 Gesagten war der Feldzug doch nur kurz gewesen. — *celebrari*, es wurden viele Schuldner den Gläubigern zugesprochen; nur darauf bezieht sich das allgemeine *iuris dictio*, vgl. c. 31, 4; 2, 27, 1: *ius de creditis pecuniis dicere*. — *spes*, das

nus contraheretur in murum a censoribus locatum saxo quadrato
 2 faciundum. cui succumbere oneri coacta plebes, quia quem di-
 3 lectum impedirent non habebant tribuni plebis. tribunos etiam
 militares patricios omnes coacta principum opibus fecit, L. Aemi-
 4 lium P. Valerium quartum C. Veturium Ser. Sulpicium L. et C.
 Quintios Cincinnatos. isdem opibus obtinuerunt, ut adversus La-
 5 tinos Volscosque, qui coniunctis legionibus ad Satricum castra
 habebant, nullo impediendo omnibus iunioribus sacramento adactis
 6 tres exercitus scriberent, unum ad praesidium urbis, alterum qui,
 si qui alibi motus extitisset, et subita belli mitti posset; tertium
 7 longe validissimum P. Valerius ad L. Aemilius ad Satricum duxere.
 8 ubi cum aciem instructam hostium loco aequo invenissent, ex-
 templo pugnatum; et ut nondum satis claram victoriam, sic pro-
 sperae spei pugnam imber ingentibus procellis fusus diremit.
 9 postero die iterata pugna; et aliquamdiu aequa virtute fortuna-
 que Latinae maxime legiones, longa societate militiam Romanam
 10 edoctae, restabant. eques inmissus ordines turbavit, turbatis si-
 gna peditum inlata, quantumque Romana se invexit acies, tantum

Subject von *abest* wird gewöhnlicher, wie c. 31, 4, durch einen Satz mit *ut* umschrieben. — *tributo*, in Folge des trib., das vom Senate ausgeschrieben, nur die Plebs drückte, s. 4, 60, 4, da die Tribunen nicht wie 4, 60, 5 u. 5, 12, 7 einschreiten. — *murum*, vgl. c. 4, 12, hier ist die Ausbesserung der alten, im Gallischen Kriege zum Theil zerstörten Stadtmauer gemeint, s. 7, 20, 9; noch jetzt sind die Spuren der Restauration an einem erhaltenen Theile der Mauer am südlichen Abhänge des Aventinus zu erkennen, s. Philol. 25, 644; Schwegler 3, 304. — *a censoribus loc.*, s. 4, 22, 7. — *saxo*, 1, 26, 14.

3. *patric. om.*, man könnte nach den Worten erwarten, dass oft Plebejer erwählt worden seien; aber es ist nur einmal in dieser Zeit, c. 30, geschehen. Die durch *coacta* — *fecit* bezeichnete Abhängigkeit der Plebs von den Patriciern in Privatverhältnissen, wird von diesen schon lange für ihre Zwecke in politischer

Rücksicht ausgebeutet worden sein, vgl. c. 34. Nach Diod. haben die Patricier sogar Consuln wählen wollen, und erst nach einem Aufstande erfolgt die Wahl von Consultribunen. — *Aemilium*, nach L. *quintum*, s. c. 22. *Valerium*, c. 27. *Sulpicium*, c. 34; *L. Quint.*, c. 11.

4—5. *Latinos V.*, die Verbindung war jetzt öffentlich, s. c. 7; 30; unter den Latinern sind hier auch die c. 27, 7; 30, 8 besonders genannten Pränestiner begriffen. — *nullo imped.*, die Tribunen benutzen die Gelegenheit nicht der Plebs zu helfen, s. § 2: *quia* etc. — *tres* etc. wie c. 2, 7; 6, 12 ff. — *ad Satr.*, vgl. c. 22; die Entfernung ist § 9 angegeben. — *ad praes. urb.*, c. 2; 6, 14. — *si qui*, s. c. 6, 13. — *subita b.*, 9, 43, 5.

6—11. *clarum*, nicht mehr zu bezweifeln; da diese Bedeutung sich sonst nicht leicht findet, verm. *Madvig certam*. — *ingent. pr.*, c. 5, 7. — *edoctae*, 8, 5. — *restabant*, c. 30, 5. — *eques* etc., s. c. 29, 2; 7, 33, 7. — *quantum* — *tant.*, wie weit u. s.

hostes gradu demoti; et ut semel inclinavit pugna iam intolerabilis Romana vis erat. fusi hostes cum Satricum, quod duo milia inde aberat, non castra peterent, ab equite maxime caesi; castra capta direptaque. ab Satrico nocte, quae proelio proxima fuit, fugae simili agmine petunt Antium; et cum Romanus exercitus prope vestigiis sequeretur, plus tamen timor quam ira celeritatis habuit. prius itaque moenia intravere hostes, quam Romanus extrema agminis carpere aut morari posset. inde aliquot dies vastando agro absumpti, nec Romanis satis instructis apparatu bellico ad moenia adgredienda nec illis ad subeundum pugnae casum.

die sabellischen Völker sind Rom
 treu geblieben, aber nur die Päliger,
 9, 45, 18, treten so feindlich
 gegen ihre Stammgenossen auf.

4—6. *diei*, statt dessen, was an
 demselben geschehen ist, wie oft. —
bellat., s. e. 33, 6; 17, 9; 8, 15, 4. —
stanti, wenn man stehen bleibt, 7,
 10, 6; 37, 58, 8: *vere aestimanti*
Aetolicum magis bellum fuit; Tac.
 H. 4, 17: *vere reputantibus*, s. 1, 8,
 5. — *sed* etc., so holt L. oft abwei-
 chende Erzählungen nach, s. 26,
 49 u. a. — *superice*. — *fid.* ist zu
 verbinden; sie haben die Grenzen
 der Glaubwürdigkeit überschritten,
 38, 58, 7: *superieisse laudes*; 33,
 10, 8; 26, 49, 3: *adeo nullus men-
 tiendi modus est*. — *decies* etc., die
 Hdss. haben zum Theil XICCCXXX,
 zum Theil X.CCCXXX, was wahr-
 scheinlich verschrieben ist statt
 XCCCXXX, und eine Million be-
 zeichnen soll. Die in den Hss. sich
 findenden Zahlen scheint schon
 Orosius gelesen zu haben, s. 3, 21:
fuisse autem absque Etruscis et
Umbri — Gallorum et Samnitium
*CXL millia trecenta triginta, equi-
 tum vero XLII millia Livius*
refert etc., vgl. Paul. Diac. Chron.
 ad an. CDL Dass die angegebene

Zahl sehr gross gewesen sei, geht
 aus dem Vorhergeh. und schon aus
 dem Berichte des L. hervor, nach
 dem, obgleich nur Samniten und
 Gallier gekämpft haben, doch 25000
 Feinde gefallen sein sollen, s. Nieb.
 3, 451; vgl. die Zahl einer anderen
 Schaar Gallier Dion. 7, 3. — *car-
 pentorum*, hier nur: zweirädrige
 Wagen, s. 5, 25, 9. — *cum U. T.*,
 so dass diese hinzugezogen werden
 — *quos* etc. = *nam et eos* etc.
 — *Volumnium* etc., dieses hält
 Nieb. 3, 443 für wahrscheinlicher,
 s. e. 26, 14; Pauly 3, 397.

7—10. *pluribus ann.*, vgl. 4, 7, 10;
 gewöhnlicher sagt L.: *in annalibus*
invenio u. ä. — *Samnit. exere.*, ein
 zweites Heer, wie e. 20, 1. — *Ti-
 fernum*, von gleichem Namen mit
 der Stadt und dem Flusse, 9, 44, 6.
 — *in Etr. pr.*, zum Schutze Etr.,
 wie e. 17, 2 *praesidere*, vgl. 1, 38,
 1; 40, 27, 7: *triarii — in praesidio*
castrorum manere iussi; 8, 23, 6.
 — *de Gall.* etc., ebenso die Trium-
 phalfasten an. CDLIIA *de Samni-
 tibus et Etruscis Galles prid. Non.*
Sept., nach L. hat Fabius die Etru-
 sker erst später besiegt. — *carmin.*
 od. ein ähnliches Wort ist ausge-
 fallen, 5, 49, 7. — *aequata — laud.*,

- 10 data ex praeda militibus aeris octogeni bini sagaque et tunicae,
 praemia illa tempestate militiae haudquaquam spernenda.
- 31 His ita rebus gestis nec in Samnitibus adhuc nec in Etruria
 pax erat: nam et Perusinis auctoribus post deductum ab consule
 2 exercitum rebellatum fuerat. et Samnites praedatum in agrum
 Vescinum Formianumque et parte alia in Aeserninum quaeque
 3 Vulturno adiacent flumini descendere. adversus eos Ap. Claudius
 praetor cum exereitu Deciano missus. Fabius in Etruria rebel-
 lante denuo quattuor milia et quingentos Perusinorum occidit.
 4 cepit ad mille septingentos quadraginta, qui redempti singuli
 5 aeris trecentis decem, praeda alia omnis militibus concessa. Sam-
 nitium legiones, cum partem Ap. Claudius praetor. partem L.
 Volumnium pro consule sequeretur, in agrum Stellatem convene-
 runt. ibi et Samnitium omnes considunt, et Appius Volumnium-
 que castra coniungunt. pugnatum infestissimis animis. hinc ira
 stimulante adversus rebellantes totiens, illinc ab ultima iam dimi-
 7 cantibus spe. caesa ergo Samnitium sedecim milia trecenti, cap-

als erreicht, ausgeglichen in Rück-
 sicht auf den Erfolg für — durch
 den Ruhm (die ruhmvolle That) des
 Sohnes: *aequata* = *quae aequata*
esset, vgl. 9, 10, 3: *eum* — *devo-*
tioni P. Decii — *aequabatur*: 33, 23,
 8; 35, 30, 12: *aequantibus eum*
gloria — *imperatorii Romano*; 6, 20,
 8; doch ist, da das Lob des Sohnes
 zunächst gefeiert werden soll, vgl.
 e. 46, 4: 30, 26, 5. *laudibus* a. u.
 St. wol besser als Ablat. zu nehmen.
 Der Ausdruck ist durch die vielen
 Ablative etwas hart, und dunkel, da
laudibus auch Dativ sein könnte, s.
 33, 21, 3 u. a. — *aer.*, Pfundasse, s.
 4, 41, 10; Mommsen Münzwesen S.
 260 ff.; Hultsch 192; das erste Bei-
 spiel einer solchen Schenkung bei
 dem Triumphe. — *militiae*, gehört
 zu *praemia*; *illa temp.* sollte hervor-
 gehoben werden. — *haudq. sperrn.*,
litotes, 30, 45, 5: *Polybius haudqua-*
quam spernendus auctor: 1, 35, 5
 u. a.

31. 1—6. *ita* vorangestellt wie
 7, 38, 2, vgl. 31, 21, 3. — *nec-ad-*
huc, non adhuc = *nondum*. — *Pe-*
rusinis, die Niederlage e. 30 war
 also nicht bedeutend gewesen. —

Vescinum, vgl. e. 20f.; *Formian.*,
 S, 14, 10. — *parte al.* — *adi.*, e. 26,
 9, ist unsicher, und *Aeserninum*, da
Aesernia in Samnium liegt, nicht
 richtig oder ein Irrthum. Doch sieht
 man, dass ein Heer in das Vultur-
 nus- das andere in das Liristhal
 zieht. — *praetor*, s. 7, 25, 12. —
Fabius, er hätte also sein Heer nach
 dem Triumphe nicht entlassen, wie
 e. 46, 9; das des Decius müsste
 schon vor dem Aufstande nach
 Samnium geschickt worden sein, s.
 e. 30, 8. — *rebellante* ist nach *re-*
bellatum der Deutlichkeit wegen
 wiederholt. — *aeris tree.*, wie e.
 30, 10, nach römischem Gelde, ob-
 gleich auch in Etrurien damals Kup-
 fer gemünzt wurde, s. Mommsen
 d. Münzw. 256; 266; 284. — *Stel-*
lateum, 9, 44, 5: Volumnium scheint
 umgangen zu sein. — *Samnit. omnes*,
 alle von den Samniten, die hier in Be-
 tracht kommen, die unter den Waffen
 sind, vgl. 2, 2, 11; Plin. N. II. 3, 1,
 7: *cunctas provinciarum*: zu Tac.
 Ann. 14, 60; Reisig Vorles. S. 643;
 gewöhnlich wird *S. legiones omnes*
 gelesen, Madvig verm. *S. omnes*
copiae. — *ab ult.* — *spe*, der Kampf

ta duo milia septingenti; ex Romano exercitu cecidere duo milia septingenti. — Felix annus bellicis rebus, pestilentia gravis 8 prodigiisque sollicitus: nam et terram multifariam pluvisse, et in exercitu Ap. Claudii plerosque fulminibus ictos nuntiatum est, librique ob haec aditi. — Eo anno Q. Fabius Gurges, consulis 9 filius, aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecuniam multavit, ex quo multatio aere Veneris aedem, quae prope circum est, faciendam curavit.

Supersunt etiam nunc Samnitium bella, quae continua per 10 quartum iam volumen annumque sextum et quadragensimum a M. Valerio A. Cornelio consulibus, qui primi Samnio arma intu-

gieng aus von u. s. w., vgl. 30, 6, 1: *ab eodem errore—credere*; 32, 14, 5: *ab eodem consilio—accepti*; vgl. e. 42, 7: 5, 2: wir sagen in. mit u. s. w.

8—9. *felix* etc., nachträgliche Notizen, s. 7, 15, 11. — *pestilentia*, ungeachtet derselben sind so grosse Anstrengungen gemacht worden. — *gravis*, 3, 6, 2. — *prodigiis*, L. giebt dieselben schon hier, wie sonst bisweilen in der ersten Decade, s. 3, 5: 10: 29: 7, 25: 8, 6; 10, 23 nach den Annalisten, an, da sie erst etwa nach 460 a. u., s. Mommsen 1, 466, durch die Priester genauer aufgezeichnet zu sein scheinen, s. T. Livii ab ur. c. periochae ed. Jahn p. XX. — *terram pluvi.* s. 40, 19, 2: zu 25, 27, 16; doch ist *terra pluit* das Gewöhnliche und viell. auch hier zu schreiben. — *plerosq.*, e. 13, 14, — *libri* etc., 3, 10, 7. — *matronas*, e. 23, 10; nicht pellices oder meretrices, mit denen ein stuprum nicht begangen wird, Rein Criminalrecht S. 559 f. — *multavit*, er veranlasste die Bestrafung, indem er als Aedil (vgl. 8, 22, 3: 7, 16, 9, wo auch *aedilis* fehlt) in comitis tribut. auf eine Mult antrag, Lange 2, 501. — *multatio*, e. 23, 13. — *Veneris*, vgl. 1, 33, 5: *ad Marciae*, der erste Tempel der Venus, deren Cultus wol in jener Zeit mit der Aeneassage nach Rom gekommen war, s. 22, 9, 9: 10, 23, 12; Mommsen, 1, 441; Becker 1, 472.

31, 10—36. Fortsetzung des Krieges in Samnium; Zonar. S. 1.

10—15. bilden den Uebergang zu der Darstellung der folgenden Kämpfe. Der Zusammenhang ist: immer noch sind Kriege mit den Samniten zu erzählen, da selbst die grossen Niederlagen in den letzten Jahren den Muth derselben nicht haben beugen können. Allein statt einfach diesen Grund anzugeben, nimmt L. zugleich auf die Ansdauer der kämpfenden Völker in den früheren Jahren Rücksicht in dem Satze *ne—vinci*, in welchem *tot—actos* zu *tamen—vinci* in concessivem Verhältnisse steht, wie im folg. *proximo—poterant* zu *tamen—abstinebant*: wenn auch die früheren Kämpfe die Samniten nicht, wie man hätte denken können, ermüdet hatten, so hätte man erwarten sollen, dass es in dem letzten Jahre geschehen sein würde: aber ungeachtet der schweren Niederlagen setzten sie doch den Krieg fort. — *volum.*, Einl. S. 8. — *an. num s. e. q.* der Krieg hat unter den genannten Consuln 411 a. u. begonnen: bis zum Consulate des Fabius u. Decius hat L. nur 45 Consulnpaare; allein er betrachtet hier, wie *proximo anno* § 12 zeigt, das Jahr dieser Consuln als schon vollendet und rechnet von dem Beginn des Consulatsjahres des L. Postumius u. M. Atilius zurück 46 Jahre. Diese Zahl lässt nicht zweifeln, dass er die Dictatorenjahre,

11 lerunt, agimus. et ne tot annorum clades utriusque gentis labo-
 resque actos nunc referam, quibus nequiverint tamen dura illa
 12 pectora vinci, proximo anno Samnites in Sentinati agro Paelignis,
 ad Tifernum, Stellatibus campis, suis ipsi legionibus, mixti alienis,
 ab quattuor exercitibus, quattuor ducibus Romanis caesi fuerant;
 13 imperatorem clarissimum gentis suae amiserant; socios belli.
 Etruscos Umbros Gallos, in eadem fortuna videbant, qua ipsi
 14 erant; nec suis nec externis viribus iam stare poterant; tamen
 bello non abstinebant: adeo ne infeliciter quidem defensionis liber-
 tatis taedebat, et vinci quam non temptare victoriam malebant.
 15 quinam sit ille, quem pigeat longinquitatis bellorum scribendo le-
 gendoque, quae gerentes non fatigaverunt?

32 Q. Fabium P. Decium L. Postumius Megellus et M. Atilius
 Regulus consules secuti sunt. Samnium ambobus decreta pro-
 2 vincia est. quia tres scriptos hostium exercitus, uno Etruriam. al-
 tero populationes Campaniae repeti, tertium tuendis parari fini-
 3 bus fama erat. Postumium valetudo adversa Romae tenuit; Atilius
 extemplo profectus, ut in Sannio hostes — ita enim placuerat
 4 patribus — nondum regressos opprimeret. velut ex composito
 ibi obvium habuere hostem. ubi et vastare ipsi Samnitium

s. c. 5, 14, nicht in Rechnung bringt, sonst würde ihm das Jahr des Fabius und Decius das 49. nach 411 sein, wie in den Fasten — *agimus*, beschäftigen uns mit u. s. w. — *proximo a.*, davor ist zu denken: so will ich nur sagen, s. 21, 10, 11, zu *Paelignis* aber *in* zu wiederholen. — *ad Tif.* c. 30, 7: am Tif., nicht wie sonst: bei Tif. — *Stellat.* e., gewöhnlicher im Singular, s. c. 31, 5, zu S. 11. 12. — *ipsi* sie für sich. — *quatt. exerc.*, eigentlich nur drei, da Appius das des Decius anführte. — *imperat. cl.*, s. c. 29, 16 — *nec poterant* enthält logisch die Folge aus den drei letzten Sätzen, und ist in dieser Beziehung keinem derselben coordinirt, allein rhetorisch entsprechen die beiden Sätze mit dem Plusquamperf. denen mit dem Imperf.: *videbant* — *poterant*. — *stare*, feststehen, sich behaupten — *quinam*, was müsste der für ein Mensch sein. — *scrib. leg.* fast gleich *scribentem* etc., 2. 32, 4; daher auch *gerentes* entsprechend, 31, 43, 7. — *fatiga-*

verunt, weil *bella* nicht solche, sondern die Kriege bedeutet. Zu dem Gedanken vgl. 6, 12, 2.

32. 1—3. *Postumius*, s. 26, 15. — *tres*, c. 31, 2; 20, 1; vgl. Nieb. 3. 454. — *repeti*, in verschiedenem Sinne zu den beiden Objecten zu nehmen: wieder nach Etrur., wieder auf Plünderung ausziehen. — *fama erat*, wahrscheinlich wusste man in Rom sehr wol, was die Samniten thaten und wollten. — *regressos* in Bezug auf *repeti* u. c. 31, 2; in den Hss. ist darnach auch im Folg. *regredi* geschrieben. — *placuerat*, S, 15, 3.

4—6. *ibi—ubi*, an einem solchen Orte, wo u. s. w., s. c. 33, 7. — *habuere* ist wegen *vel ex composito*: wie nach Verabredung, von den Römern und Samniten zu verstehen. — *et—prohiberentur—prohiberent*, Umschreibung des reciproken Verhältnisses, dass sie sich gegenseitig hindern in ihr Land einzudringen; zu *prohiberentur* ist *ab hostibus* zu

agrum prohiberentur, et egredi inde in pacata sociorumque populi Romani fines Samnitum prohiberent. cum castra castris 5 conlata essent, quod vix Romanus totiens victor auderet, ausi Samnites sunt — tantum desperatio ultima temeritatis facit — castra Romana oppugnare, et quamquam non venit ad finem tam audax inceptum, tamen haud omnino vanum fuit. nebula erat ad 6 multum diei densa adeo, ut lucis usum eriperet. non prospectu modo extra vallum adempto, sed propinquo etiam congregantium inter se conspectu. hac velut latebra insidiarum freti Samnites 7 vixdum satis certa luce et eam ipsam premente caligine ad stationem Romanam in porta sequiter agentem vigilias perveniunt. improvise oppressis nec animi satis ad resistendum nec virium 8 fuit. ab tergo castrorum decumana porta impetus factus; itaque 9 captam quaestorium, quaestorque ibi L. Opimius Pansa occisus. conclamatum inde ad arma. Consul tumultu excitus cohortes duas 33 sociorum, Lucanam Suessanamque, quae proximae forte erant,

denken. — *pacata*, s. § 2f. — *castra* e., 4, 27, 5. — *quod—aud.* nachdrücklich vor *castra R. opp.* gestellte Bemerkung, vgl. 9, 41, 15: *mirabilia*. — *haud omn.* keineswegs ganz. — *ad mult. d.*, c. 28, 2; 22, 45, 1. u. a. — *eriperet* n. *hominibus* oder *iis*, s. Cic. N. D. 1, 3, 6. — *prospectu—conspectu*, Chiasmus und Annomination, vgl. 37, 41, 3f. — *adempto*, begleitender Umstand, s. zu 21, 1, 5.

7—9. *calig.*, wird nicht selten von dichtem Nebel gebraucht. Dieser hindert jetzt das Tageslicht hervorzubrechen, *premente*, s. 29, 27, 10. — *stationem—vigilias*, sonst stehen die *stationes*, verschieden von den *vigiliae*, vor dem Lager oder der Stadt, 3, 5, 4; 5, 5, 1; 25, 35, 16: *non vigiliarum ordinem non stationes iustas esse*, vgl. 9, 24, 5; a. u. St. ist nach dem Folg. die Thorwache zu denken, 7, 12, 3. — *decumana*, 3, 5, 5; über den Abl. wie e. 33, 1: *principali via*; s. 2, 11, 5; 26, 10, 1 u. o. — *quaestor*, das Zelt des Quästors, s. 4, 43, 4; es stand in dem kleinen Lager, in dem nur ein consularisches Heer sich befand, wie

es L. hier voraussetzt, auf dem freien Platze zwischen der via quintana und der porta decumana, die davon auch die quaestoria hiess, s. 34, 47, 1, vgl. 41, 2, 11; Polyb. 6, 32 extr. In der folg. Schilderung ist Einiges nicht klar.

33. 1—2. *cohortes*, die Truppenabtheilungen welche von einzelnen Bundesstaaten gestellt wurden und je ein Ganzes bildeten, e. 40, 5; im Gegensatz zu diesen wird die röm. Legion damals noch in Manipel getheilt, wie aus u. St. deutlich hervorgeht, s. Marq. 3, 2, 303. — *Lucan.*, auch die ferneren Lucaner müssen nach ihrem Bündniss, s. c. 12, Truppen stellen. — *Suessan.*, Suessa als latin. Colonie ist ein Bundesstaat. — *proxim.*, die socii lageru sonst hinter den Legionen in den letzten Zeltreihen, also weit von dem praetorium, s. 7, 12, 14, welches in dem einfachen Lager zwischen der via quintana und principalis stand, durch das forum von dem quaestorium getrennt; das ungewöhnliche Erscheinen der Cohorten in der Nähe desselben wird

- tueri praetorium iubet; manipulos legionum principali via inducit.
 2 vixdum satis aptatis armis in ordines eunt et clamore magis quam
 oculis hostem noscunt, nec, quantus numerus sit, aestimari potest.
 3 cedunt primo, incerti fortunae suae, et hostem introrsum in me-
 dia castra accipiunt; inde, cum consul vociferaretur, expulsi
 4 extra vallum castra deinde sua oppugnaturi essent, rogatus, cla-
 more sublato conixi primo resistunt, deinde inferunt pedem ur-
 gentque, et impulsos semel terrore eodem agunt, quo coeperunt,
 5 et expellunt extra portam vallumque. inde pergere ac persequi,
 quia turbida lux metum circa insidiarum faciebat, non ausi, libe-
 ratis castris contenti receperunt se intra vallum trecentis ferme
 6 hostium occisis. Romanorum stationis primae vigilumque et
 eorum, qui circa quaestorium oppressi, periere ad dccxxx.
 7 Animos inde Samnitibus non infelix audacia auxit, et non
 modo proferre inde castra Romanum sed ne pabulari quidem per
 agros suos patiebantur; retro in pacatum Soranum agrum pa-
 8 bulatores ibant. quarum rerum fama, tumultuosior etiam quam

durch *forte* angedeutet. — *princip. via*, der 100 F. breite Weg zwischen der porta principalis dextra u. sinistra, s. 4, 19, 8; Polyb. 6, 31; der Ausdruck findet sich ausser bei Schriftstellern über das Kriegswesen nur bei L. — *inducit*, der Consul müsste beabsichtigt haben, die Soldaten sich auf der via principalis ordnen zu lassen, um dann auf der via praetoria nach dem quaestorium vorzurücken. Allein diese war in dem kleinen Lager durch das praetorium an jener Stelle eingenommen, und durch das Versammeln der Legionssoldaten auf der via princip. wäre gerade der Theil des Lagers entblösst worden, in den die Feinde eingedrungen waren. Deutlicher wäre dieser Theil der Schilderung, wenn ein grosses Lager gedacht würde, in welchem das quaestorium zwischen der via principalis und der porta praetoria stand, und so durch die Anstellung auf der via princ. der Theil, wo die Legionen und socii lagerten, gedeckt worden wäre. — *clamore* nach dem Geschrei; s. 22, 5, 4: *et erat in tanta caligine maior usus aurium*

quam oculorum.

3—6. *incerti f. s.*, ungewiss über ihre Lage. — *in med. c.*, die Feinde müssten also neben dem praetorium vorbei auf die principia gekommen sein. — *deinde n. si recessissent.* — *conixi*, s. 1, 33, 5. — *resistunt*, 2, 65, 5. — *terrore*, transitiv: der Schrecken, den sie erregen. — *agunt*, von dem Fortdrängen der Feinde, s. 7, 37, 14; 2, 37, 2 u. a., Madvig will das Wort tilgen. — *quo coep.*, über das Perf., wo man das Plusqperf. erwartet, s. 1, 1, 1; 32, 26, 2; man würde den Zusatz nicht vermissen; *et* ist wol vor *ex* ausgefallen. — *vigilumq.*, *que* erklärend nach c. 32, 7, s. 42, 66, 8; ib. 43, 10, vgl. 3, 1, 3. — *circa quaest.*, die dort in der Nähe lagerten, oder als Wache aufgestellt gewesen waren, als die Feinde erschienen, nicht im Kampfe, sondern überrascht, *oppressi, n. sunt*, c. 30, 4.

7—9. *audacia*, Wagniss. — *proferre* dient nach c. 32, 4 nur zur Einleitung des Folgenden. — *Soranum*, in dessen Nähe also das Lager war. — *pabulatores*, natürlich *Romani*. — *quar. r. f.*, c. 4, 1.

res erant, perlata Romam coegit L. Postunium consulem vixdum
 validum proficisci ex urbe. prius tamen quam exiret, militibus 9
 edicto Soram iussis convenire, ipse aedem Victoriae, quam aedi-
 lis curulis ex multatitia pecunia faciendam curaverat, dedicavit.
 ita ad exercitum profectus ab Sora in Samnium ad castra collegae 10
 perrexit. inde postquam Samnites diffisi duobus exercitibus re-
 sisti posse recesserunt, diversi consules ad vastandos agros ur-
 besque oppugnandas discedunt. Postunius Milioniam oppugnare 34
 adortus vi primo atque impetu, dein, postquam ea parum proce-
 debant, opere ac vineis demum iniunctis muro cepit. ibi capta 2
 iam urbe ab hora quarta usque ad octavam fere horam omnibus
 partibus urbis diu incerto eventu pugnatum est; postremo poti-
 tur oppido Romanus. Samnitium caesi tria milia ducenti, capti 3
 quattuor milia septingenti praeter praedam aliam. inde Feritrum 4
 ductae legiones, unde oppidani cum omnibus rebus suis, quae
 ferri agique potuerunt, nocte per aversam portam silentio exces-
 serunt. igitur, simul advenit consul, primo ita compositus instru- 5
 ctusque moenibus successit, tamquam idem, quod ad Milioniam
 fuerat, certaminis foret; deinde, ut silentium vastum in urbe, nec 6
 arma nec viros in turribus ac muris vidit, avidum invadendi de-

— *coegit*. etc., c. 32, 3. — *edicto* etc.,
 s. zu 6, 22, 5: *exercitu indicto*, ge-
 wöhnlicher ist *diem ad conveniendum*
edicere mit dem Namen des Ortes,
 22, 11, 3; vgl. c. 38, 3; 27, 3. —
aed. Vict., viell. auf dem Capito-
 lium, s. Preller Myth. S. 609, vgl.
 Becker I, 252f. — *aedil.* — *dedica-*
vit ist früher übergangen, Marq.
 4, 223.

34. 1—3. *Milionia*, die Marser
 müssten also abgefallen oder hier
 eine andere Stadt als c. 3, 5 ge-
 meint sein. — *vi atque imp.*, das
 Specielle neben dem Allgemeinen,
 ebenso schliesst sich *vineis* an *ope-*
re, nur auf jenes bezieht sich *de-*
num; *iniunctis m.*, 4, 9, 14; 5, 7, 2.
 — *hora* — *horam*, 8, 38, 10. — *capta*
 heisst die Stadt schon nachdem die
 Mauern erstiegen sind; *potitur*,
 nach den Kämpfen in den Strassen
 (*omnib. partibus*). — *caesi* — *capti*,
 sonst tritt diese constructio ad syn-
 esin gewöhnlich nur ein, wenn
 sich das Prädicat unmittelbar an

die Hunderte anschliesst, oder we-
 nigstens nicht vor *milia* steht, wäh-
 rend in dem letzteren Falle fast im-
 mer das Neutrum gebraucht wird:
 doch finden sich einzelne Abwei-
 chungen, s. c. 46, 12: *caesa* — *duo*
milia quadringenti, minus duo milia
capti; c. 36, 14: *caesos retulere ad*
quattuor milia octingentos; 27, 16,
 7; 37, 40, 1; zu Tac. Ann. 14, 20. —
praedam al, zu der auch die Gefan-
 genen gehören.

4—7. *Feritrum*, der Name und
 die Lage der Stadt sind nicht si-
 cher. — *compositus in.*, dieses das
 Specielle: in geordnetem Zuge
 und zwar in Schlachtordnung; bei-
 des ist auf den Führer bezogen, 3,
 27, 6. — *moenib. succ.*, 9, 14, 9. —
tamquam ohne *si*, s. 45, 23, 12. —
idem — *certam.*, s. 7, 26, 12: Curt.
 9, 7, 11: *idem animi*. — *foret* in sei-
 ner ursprünglichen Bedeutung. —
nec vor *arma* knüpft zugleich an
 das Vorhergeh. an. — *ac mur.*, s.
 7, 34, 13: *ac pigritia*. — *vidit*, wie

serta moenia militem detinet, ne quam occultam in fraudem in-
 7 cautus rueret; duas turmassociorum Latini nominis circumequi-
 tare moenia atque explorare omnia iubet. equites portam unam
 alteramque eadem regione in propinquo patentes conspiciunt
 5 itineribusque his vestigia nocturnae hostium fugae. adequitant
 deinde sensim portis urbemque ex tuto rectis itineribus perviam
 conspiciunt, et consuli referunt excessum urbe; solitudine haud
 dubia id perspicuum esse et recentibus vestigiis fugae ac strage
 9 rerum in trepidatione nocturna relictarum passim. his auditis
 consul ad eam partem urbis, quam adierant equites, circumducit
 agmen. constitutis haud procul porta signis quinque equites iu-
 bet intrare urbem et modicum spatium progressos tris manere
 10 eodem loco, si tuta videantur, duos explorata ad se referre. qui
 ubi redierunt rettuleruntque eo se progressos, unde in omnes
 partes circumspectus esset, longe lateque silentium ac solitudinem
 11 vidisse, extemplo consul cohortes expeditas in urbem induxit, ce-
 12 teros interim castra communire iussit. ingressi milites refractis
 foribus paucos graves aetate aut invalidos inveniunt relictaque,
 13 quae migratu difficilia essent. ea direpta; et cognitum ex captivis
 est communi consilio aliquot circa urbes conscisse fugam; suos
 prima vigilia profectos: credere eandem in aliis urbibus solitudi-
 14 nem inventuros. dictis captivorum fides extitit, desertis oppidis
 consul potitur.

35 Alteri consuli M. Atilio nequaquam tam facile bellum fuit.
 cum ad Luceriam duceret legiones, quam oppugnari ab Samniti-
 bus audierat, ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit. ibi ira

6, 25, 9. — *turmas soc.*, sie hatten je 60 (die röm. 30) Mann, 5 bilden eine ala, Marq. 3, 2, 305. — *circumequit.*, L. denkt die Stadt wie Milionia in der Ebene liegend, vgl. e. 43, 5. Die ausführliche Schilderung der Besetzung und der folg. Schlaecht ist wie viele ähnliche einer späteren Quelle entlehnt. — *nam alter.*, vgl. Sall. I. 60, 7: *unae atque alterae*; Cic. Fam. 3, 9, 2: *unum alterumve diem.* — *eodem reg.*, 3, 66, 5; 25, 11, 7; ib. 25, 8: *portis regione platearum patentibus*, 33, 17, 6 u. a.

S—14. *rectis it. p.*, dass man bei den geraden Strassen ungehindert durchziehen könne. — *consuli ref.*, gewöhnlich heisst es *referre ad ali-*

quem, wie § 9, doch s. Caes. B. G. 1, 37: *haec — Caesari mandata referebantur.* — *strage*, 2, 59, 8; 35, 30, 5: *strage armorum saepta via est.* — *constitutis*, in der Schilderung herrscht das Asyndeton vor. — *progressos = si progressi essent* bezieht sich auf alle fünf Reiter, daher nicht *iis progressis.* — *cohortes*, Abtheilungen, 3, 69, 8. — *tuta local*, s. 21, 25, 8; 25, 30, 5. *migratu*, für den Transport. — *inventuros u. Romanos* oder *eos.* — *fid. extitit*, die Aussagen bestätigten sich, 1, 16, 5.

35. 1—3. *Luceriam*, die Samniten suchen die sie bedrohende Colouie, 9, 26, 4, zu entfernen. Wahrscheinlich hat das dritte der e. 32,

vires aequavit; proelium varium et anceps fuit, tristius tamen 2
 eventu Romanis, et quia insueti erant vinci, et quia digredientes
 magis quam in ipso certamine senserunt, quantum in sua parte
 plus vulnerum ac caedis fuisset. itaque is terror in castris ortus, 3
 qui si pugnantes cepisset, insignis accepta clades foret; tum quo-
 que sollicita nox fuit iam invasurum castra Samnitum credenti-
 bus aut prima luce cum victoribus conserendas manus. minus 4
 cladis, ceterum non plus animorum ad hostes erat. ubi primum
 inluxit, abire sine certamine cupiunt: sed via una et ea ipsa prae-
 ter hostes erat; qua ingressi praebuere speciem recta tendentium
 ad castra oppugnanda. consul arma capere milites iubet et sequi 5
 se extra vallum; legatis tribunis praefectis sociorum imperat, quod
 apud quemque factum opus est. omnes adfirmant se quidem omnia 6
 facturos, sed militum iacere animos; tota nocte inter vulnera et
 gemitus morientium vigilatum esse; si ante lucem ad castra ven- 7
 tum foret, tantum pavoris fuisse, ut relicturi signa fuerint; nunc
 pudore a fuga contineri, alioqui pro victis esse. quae ubi consul 8
 accepit, sibimet ipsi circumeundos adloquendosque milites ratus,
 ut ad quosque venerat, cunctantes arma capere increpabat: quid 9
 cessarent tergiversarenturque? hostem in castra venturum, nisi
 illi extra castra exissent, et pro tentoriis suis pugnatos, si pro
 vallo nollent. armatis ac dimicantibus dubiam victoriam esse;
 qui nudus atque inermis hostem maneat, ei aut mortem aut ser- 10

1 erwähnten Heere diese Expedi-
 tion unternommen. — *ira v. a.*, die
 Worte sind zweideutig, entweder:
 der Zorn gab (beiden Theilen, da
 erst der eine, dann der andere
 siegte) gleiche Kraft; oder: die Er-
 bitterung war eben so gross als die
 Kraft. — *tristius ev.*, 9, 38, 8. —
caedis, 1, 59, 10. — *tum q.*, 9, 13,
 9. — *quantum—plus*, s. 5, 21, 14;
 3, 10, 2. — *sollicita*, 29, 23, 1. —
iam vgl. 5, 39, 6.

4—7. *ad h.*, c. 29, 4. — *qua*
 scheint hier Prouomen zu sein, vgl.
 de ordi. rep. 1, 5: *prava via in-*
gressus; sonst ist es Adverb., s. 4,
 39, 2; 29, 2, 5 u. a.; Cic. Tusc. 5, 39,
 115: *qua vellet ingredi posset*, vgl.
 L. 8, 36, 9, gewöhnlicher ist der
 Accusativ. — *praef. soc.*, s. zu 8,
 36, 6. — *apud q.*, von ihm, in seinem
 Kreise, vgl. 8, 5, 11: *apud principes*.

—*tantum—fuisse*, in orat. recta:
si venissent, tantum—fuit, ut, s. 3,
 72, 7. — *pudore*, 27, 12, 15. — *alio-*
qui, soust, im Uebrigen. — *pro v.* 2,
 7, 3.

8—10. *circumeund.*, 8, 36, 6. —
illi, 3, 61, 14. — *extra c. ex.*, aus
 dem Lager hinaus wie sich *extra*
 auch bei Verben der Bewegung fin-
 det, vgl. 3, 4, 8 *intra*. — *pugnat. u.*
illos: sie wären in der Lage, dass
 sie — würden, müssten. — *dubiam*,
 wenn man kämpfe sei der Sieg we-
 nigstens nur ungewiss; der *com-*
munis Mars belli. — *atque iner-*
is genauere Bestimmung von *nud-*
us, beide zusammen entsprechen
 wie *armatis* dem ersten Befehl § 5:
arma capere; dagegen *dimicanti-*
bus und *hostem maneat* dem zwei-
 ten *sequi se etc.* — *host. man.*, 2,
 40, 9.

- 11 vitutem patiendam. haec iurganti increpantique respondebant, confectos se pugna hesternae esse, nec virium quicquam nec sanguinis superesse: maiorem multitudinem hostium apparere, quam
 12 pridie fuerit. inter haec adpropinquabat agmen; et, iam breviori intervallo certiora intuentes, vallum secum portare Samnitum adfirmant, nec dubium esse, quin castra circumvallaturi sint. tunc enimvero consul indignum facinus esse vociferari, tantam contumeliam ignominiamque ab ingnavissimo accipi hoste: „etiamne circumsedebimur“ inquit „in castris, ut fame potius per ignominiam quam ferro, si necesse est, per virtutem moriamur?“ dii bene verterent; facerent[que], quod se dignum quisque ducerent:
 15 consulem M. Atilium vel solum, si nemo alius sequatur, iturum adversus hostes casurumque inter signa Samnitium potius, quam circumvallari castra Romana videat. dicta consulis legati tribuni-
 16 que et omnes turmae equitum et centuriones primorum ordinum adprobavere. tum pudore victus miles segniter arma capit, segniter e castris egreditur; longo agmine nec continenti maesti ac prope victi procedunt adversus hostem nec spe nec animo certiorum. itaque simul conspecta sunt Romana signa, extemplo a primo Samnitium agmine ad novissimum fremitus perfertur,
 19 exire, id quod timuerint, adinpediendum iter Romanos; nullam inde ne fugae quidem patere viam; illo loco aut cadendum esse
 36 aut stratis hostibus per corpora eorum evadendum. In medium

13—15. *enimvero*: das sei doch wahrlich u. s. w., steht auch mit *indignum* in Beziehung, 9, 26, 13; 25, 41, 1: *enimvero indignum ratus*; 34, 58, 4; 43, 1, 9: *enimvero senatus indignari*; anders 1, 51, 8. — *contumel.*, die herabwürdigende, schmachvolle Behandlung von Seiten der Gegner, *ignomin.* die Schande, hier die schmachliche Niederlage, s. 34, 12, 3, welche die Römer erleiden werden. — *etiamne*: sollen wir auch noch. Ueber den Wechsel der Rede 1, 13, 3. — *si nec. e.*, wenn es nicht anders sein kann, vgl. dagegen 9, 4, 10; 7, 35, 8. — *per virtut.*, der Unterschied des Abl. *fame, ferro* und *per* tritt hier deutlich hervor. — *dii b. v.*, c. 18, 14. — *facerent* n. die Soldaten, deshalb ist *que* nicht passend.

16—19. *turmae eq.*, die Ritter werden wegen ihres höheren Ran-

ges, s. c. 28, 7, bisweilen den Offizieren der Legion an die Seite gestellt, 9, 38, 8; 21, 59, 9 u. a. — *primor. ord.*, die höchsten im Range, die der Triarier, vgl. 8, 39, 4; 26, 5, 12 u. a.; später die der ersten Cohorte in der Legion. — *segniter a. c.* fehlt zwar in mehreren guten Hdss., scheint aber theils der Symmetrie, theils des Gedankens wegen, s. § 5: *arma capere*; § 9: *armatis — inermes*, nöthig, vgl. 6, 7, 2: *segniter arma capta, cunctabundisque — egressos castris*. — *longo*, nicht in regelmässiger Schlachtordnung, die Manipel in der gehörigen Entfernung neben, sondern hinter einander und in Zwischenräumen, s. c. 36, 17; 3, 28, 2; 43, 10, 4; Nieb. 3, 119. — *certiorem*, eben so wenig Zuvorsicht hatte. — *per*, 9, 39, 8. — *eorum*, 1, 28, 10.

36. 1—3. *in medium*, was L.

sarcinas coniciunt; armati suis quisque ordinibus instruunt aciem. iam exiguum inter duas acies erat spatium, et stabant expectantes, dum ab hostibus prius impetus, prius clamor inciperet. neutris animus est ad pugnandum, diversique integri atque intacti abissent, ni cedenti instaturum alterum timuissent. sua sponte inter invitos tergiversantisque segnis pugna clamore incerto atque inpari coepit; nec vestigio quisquam movebatur. tum consul Romanus, ut rem excitaret, equitum paucas turmas extra ordinem immisit; quorum cum plerique delapsi ex equis essent et alii turbati, et a Samnitium acie ad opprimendos eos, qui ceciderant, et ad suos tuendos ab Romanis procursum est. inde paulum irritata pugna est; sed aliquanto et impigre magis et plures procurrerant Samnites, et turbatus equessua ipse subsidia territis equis proculcavit. hinc fuga coepta totam avertit aciem Romanam; iamque in terga fugientium Samnites pugnabant, cum consul equo praevectus ad portam castrorum a statione equitum ibi opposita edictoque, ut, quicumque ad vallum tenderet, sive ille Romanus sive Samnis esset, pro hoste haberent, haec ipse minitans obstitit effuse tendentibus suis in castra. „quo pergis“ inquit „miles? et hic arma et viros invenies, nec vivo consule tuo nisi victor castra intrabis: proinde elige, cum cive an hoste pugnare malis.“ haec dicente consule equites infestis cuspidibus circumfundantur ac peditem in pugnam redire iubent. non virtus solum consulem sed fors etiam adiuvit, quod non iustiterunt Samnites, spatium-

§ 13 u. sonst braucht, statt des hds. *in medio*, s. 22, 2, S. — *exiguum*, nur noch u. s. w. — *dum*, 9, 32, 5. *clamor* hysteron proteron statt: der Angriff unter Geschrei. — *an. ad pugn.* 9, 4, 1. — *integri a. i.*, c. 14, 20. — *instatur.*, 2, 7, 9; 7, 39, 4. — *sua sponte*, bisweilen, und schon bei Cicero, von Sachen gebraucht, s. 2, 23, 2; 9, 7, 8; ib. 41, 17: von selbst, ohne Einwirkung der Menschen, vgl. c. 19, 1, bedeutet hier neben *invitos*, dass die Schlacht ohne bestimmtes Commando beginnt, vgl. c. 19, 14. — *clamore inc.* etc., 4, 37, 9. — *vestigio*, 21, 44, 6; dagegen 44, 26, 11: *inde* — *vestigium moturos*. — *moveb.*, reflexiv; im Gegensatz zu *procurrere* § 4.

4—7. *excitaret*, im Gegensatz zu *segnis p.*: um mehr zu beleben, s. 7, 2, 6; nachher *irritata*. — *extra ord.*,

nicht in einem Angriff der gesammten Reiterei. — *plerique*, c. 13, 14. — *et vor alii* (die übrigen) ist vielleicht durch das folg. *et* entstanden. — *impigre et pl.*, 2, 30, 11. — *subsidia*, die hinter ihnen stehenden Fusstruppen. — *in terga p.*, Flor. 2, 23 (4, 12), 7: *terga hostium percellit*; vgl. 1, 14, 11. — *statione* eine Abtheilung als Posten. — *opposita*, den Fliehenden 6, 23, 12; ib. 24, 5. — *edictoq.*, s. 5, 19, 9: *edicto, ne.* — *haberent u. eum*, was hier, obgleich der Nominat. *quicumque* vorausgeht, fehlen konnte, weil kein Nachdruck darauf liegt, s. 6, 4, 5u. a. — *effuse* statt des hds. *profuse*, was sonst nicht so gebraucht wird und viell. aus *pro hoste* entstanden ist; Madvig verm. *prope fusa*.

8—12. *an hoste* ohne *cum*, s. 33, 36, 15. — *cuspid.*, 8, 7, 9. — *fors*,

que circumagendi signa vertendique aciem ab castris in hostem
 10 fuit. tum alii alios hortari, ut repeterent pugnam; centuriones ab
 signiferis rapta signa inferre et ostendere suis, paucos et ordini-
 11 bus incompotis effuse venire hostes. inter haec consul manus
 ad caelum attollens voce clara, ita ut exaudiretur, templum Iovi
 Statori vovet, si constitisset a fuga Romana acies redintegrato-
 12 que proelio cecidisset vicissetque legiones Samnitium. omnes
 undique adnisi ad restituendam pugnam, duces milites, peditum
 equitumque vis. numen etiam deorum respexisse nomen Roma-
 num visum: adeo facile inclinata res. repulsique a castris hostes,
 13 ibi obiacente sarcinarum cumulo, quas coniecerant in medium,
 haesere impediti: deinde, ne diriperentur res, orbem armatorum
 14 sarcinis circumdant. tum vero eos a fronte urgere pedites, ab
 tergo circumvecti equites: ita in medio caesi captique. captivo-
 rum numerus fuit septem milium octingentorum, qui omnes nudi
 sub iugum missi; caesos rettulere ad quattuor milia octingentos.
 15 ne Romanis quidem laeta victoria fuit: recensente consule biduo
 acceptam cladem amissorum militum numerus relatus septem
 milium octingentorum.

16 Dum haec in Apulia gerebantur, altero exercitu Samnites
 Interamnam, coloniam Romanam, quae via Latina est, occupare
 17 conati urbem non tenuerunt; agros depopulati, cum praedam
 aliam inde mixtam hominum atque pecudum colonosque captos
 agerent, in victorem incidunt consulem ab Luceria redeuntem;
 nec praedam solum amittunt, sed ipsi longo atque impedito
 18 agmine incompoti caeduntur. consul Interamnam edicto domi-
 nis ad res suas noscendas recipiendasque revocatis et exercitu ibi

s. 6, 12, 11: ib. 30, 6. — *circum-
 agendi*. 6, 24, 7. — *rapta*, 3, 70,
 10 u. a. — *incompot.*, in nicht recht
 geordnet; *effuse*, in aufgelösten
 Gliedern. — *Iovi St.*, daher *consti-
 tissent*, vgl. 1, 12, 6; Schwegler 1,
 484; Preller 176. — *numen*, die
 wirksame Kraft der Götter, s. 7, 30,
 20; 5, 51, 4. — *inclin.* v. uahm die
 Sache eine günstige Wendung. —
haesere, s. 38, 14. — *orbem*, 4,
 39, 4. — *caesi*. 9, 27, 14. — *numer. f.*,
 ist auch zu *septem m. act.* zu den-
 ken, und der Genitiv davon abhän-
 gig: war die Zahl von u. s. w., be-
 stand aus. — *nudi*, 3, 29, 1; 9, 42,
 7. — *missi*, s. c. 33, 6. — *rettulere*,

die damit Beauftragten, oder: man.
 16—19. *dum—ger.*, c. 40, 9; 35,
 31, 1. — *Interamnam*, 9, 28, 8. —
via Lat., gewöhnlich auf, hier an
 der lat. Strasse, vgl. 2, 11, 7; 22,
 1, 12, von der Interamna, etwas süd-
 lich von Casinum, nicht weit ent-
 fernt war. Das c. 33, 10 erwähnte
 Zurückgehen der Samniten war
 also nicht von Bedeutung gewesen.
 — *inde*, attributiv, 5, 39, 6: *omne
 inde tempus*, s. 1, 39, 3. — *longo*, c.
 35, 17. — *noscendas*, s. c. 20, 15;
 gewöhnlich *cognoscere*, s. 4, 29, 4;
 5, 39, 15 u. a.; vgl. c. 33, 2: *noscunt*;
 22, 5, 3 u. a. — *revocatis*, es schei-
 nen die Colonisten, so weit sie nicht

relieto comitorum causa Romam est profectus, cui de triumpho agenti negatus honos et ob amissa tot milia militum et quod captivos sine pactione sub ingum misisset.

Consul alter Postumius, quia in Samnitibus materia belli deerat, in Etruriam transducto exercitu primum pervastaverat Vulsiniensem agrum; dein cum egressis ad tuendos fines haud procul moenibus ipsorum depugnat; duo milia octingenti Etruscorum caesi; ceteros propinquitas urbis tutata est. in Rusellanum agrum exercitus traductus; ibi non agri tantum vastati, sed oppidum etiam expugnatum; capta amplius duo milia hominum, minus duo milia circa muros caesa. pax tamen elarior maiorque quam bellum in Etruria eo anno fuerat, parta est: tres validissimae urbes, Etruriae capita, Vulsinii Perusia Arretium, pacem petiere; et vestimentis militum frumentoque pacti cum consule, ut mitti Romam oratores liceret, indutias in quadraginta annos impetraverunt. multa praesens quingentum milium aeris in singulas civitates inposita. — Ob hasce res gestas consul cum triumphum ab senatu moris magis causa quam spe impetrandi petisset, videretque alios, quod tardius ab urbe exisset, alios, 7

gefangen waren, und andere Bewohner der Stadt und des Landes zu sein, die sich geflüchtet hatten; Duker vermuthet *evocatis*. — *sine pact.*, s. 9, 11, 9; 6, 3, 3; 10, die Feinde müssen bei der *deditio* ausdrücklich erklären dass sie diese Schmach über sich wollen ergehen lassen, s. 9, 42, 7, wie die Römer 9, 4, 3, vgl. *ib. c.* 5, 4; 8.

1—3. *in Etruriam*, Küstenländer stehen bisweilen ohne Präpos., s. 8, 24, 17; 27, 4, 6; 31, 43, 5: *Aegyptum avexit*; 36, 42, 4 u. a.; aber *Etruria* verbindet L. sonst mit *in*, und der blosser Accus. könnte hier leicht anders verstanden werden; auch folgt § 2 *in Rusell.* etc. — *Vulsini.*, 9, 41, 6, auf einer Münze *Vulsu* genannt, Mommsen Münzwesen S. 268; Dennis S. 337. *egressis* u. *Vulsiniensibus*. — *Rusellanum*, c. 4, 5; Dennis S. 528.

4—5. *pax* etc., die Erfolge des Krieges waren grösser als dieser selbst gewesen war, s. 1, 35, 7; weil auch nicht überwundene Städte Friede

den suchten. — *tamen*: obgleich nach den Siegen des Consuls ein Friede zu erwarten war, so war doch dieser u. s. w. — *tres val.*, 9, 37, 12, nur ist dort statt *Vulsinii* als dritte *Cortona* genannt. — *Arretium* hat ungeachtet der engen Verbindung der Optimaten mit Rom, c. 5, 13; 18, 5, sich den Feinden desselben angeschlossen, vgl. 27, 21; 24. — *vestimentis* etc., 9, 43, 6. — *oratores*, 6, 1, 6. — *indutias*, 9, 37, 12. — *nulla*, Kriegscontribution. — *quing. m. a.*, vgl. c. 31, 4. — Dadurch werden die Samniten genöthigt, allein den Krieg fortzuführen.

6—8. *Ob hasce* etc., der Nachsatz folgt § 8: *inquit.* — *moris* etc., mehr weil es Sitte war, dass siegreiche Feldherrn bei dem Senate um den Triumph baten, als u. s. w., s. 3, 63, 7; 26, 21, 2; 28, 38, 4. — *tardius*, s. c. 32, 3. — *ab urb.*, c. 43, 13; 21, 13, 7: *ab Sagunto exire* u. a., dieses wird sonst nicht als Grund den Triumph zu verweigern berichtet,

quod iniussu senatus ex Samnio in Etruriam transisset, partim suos inimicos partim collegae amicos ad solacium aequatae repulsae sibi quoque negare triumphum: „non ita“ inquit, „patres conscripti, vestrae maiestatis meminero, ut me consulem esse obliviscar. eodem iure imperii, quo bella gessi, bellis feliciter gestis, Samnio atque Etruria subactis, victoria et pace parta triumphabo.“ ita senatum reliquit. inde inter tribunos plebis contentio orta: pars intercessuros, ne novo exemplo triumpharet, aiebat, pars auxilio se adversus collegas triumphanti futuros. iactata res ad populum est, vocatusque eo consul cum M. Horatium L. Valerium consules, Gaium Marcium Rutilum nuper, patrem eius, qui tunc censor esset, non ex auctoritate senatus sed iussu populi triumphasse diceret, adiciebat se quoque laturum fuisse ad populum, ni sciret mancupia nobilium tribunos plebis legem inpedituros; voluntatem sibi ac favorem consentientis populi pro omnibus iussis esse ac futura. posteroque die auxilio tribunorum plebis trium adversus intercessionem septem tribunorum et consensum senatus celebrante

s. Becker 2, 2, 80 ff. — *iniussu sen.*, der Senat macht schon jetzt den Grundsatz geltend, dass der Magistrat die ihm einmal angewiesene Provinz nicht ohne specielle Erlaubniss verlassen dürfe, s. c. 18, 11; 27, 43, 6; Becker 2, 2, 121; namentlich musste der, welcher triumphiren wollte, in seiner Provinz, s. 3, 2, 2, gesiegt haben, vgl. 28, 9, 10; 34, 10, 5. — *ad sol.*, um ihm in der gleichen Zurückweisung (*aequat. rep.* ist Genitiv) oder durch dieselbe einen Trost zu gewähren, vgl. 6, 30, 9; 5, 24, 5. — *maiestatis sen.* wird oft erwähnt, s. 2, 7, 7, — *ut me cons.*, da sonst nach dem Herkommen die Magistrate den Beschlüssen des Senates sich fügen, und in den Kreisen, wo derselbe zu bestimmen hat, ihm unterworfen sind, nur die Beschlüsse zu veranlassen haben, s. 8, 20, 12; Becker 2, 2, 454. — *subactis*, in Bezug auf Samnium übertreibend. — *ita*, und damit.

10—12. *iactata* etc., es sind keine Comitien wie 3, 63, 8, sondern, wie § 11 zeigt, eine contio, in wel-

cher der Consul aufgefordert wird eine Erklärung abzugeben (*vocatus*, s. 3, 64, 7) und das Volk zu erkennen geben soll, ob es die Intercession der Tribunen unterstützen werde, s. 8, 33, 9. — *Horatium* etc., 3, 63; *Rutilium*, 7, 17. — *laturum f.*, das Object giebt der Zusammenhang. — *mancupia*, als Sklaven, ist als das Wichtigste vorangestellt; vgl. 5, 11, 2; ib. 29, 6; 3, 65, 10; zur Sache s. 9, 33, 5; ib. 34, 26. — *futura*, 5, 4, 4. — *iussis*, auch dazu gehört *populi*, s. 5, 51, 1. — *auxilio* etc., die drei Tribunen haben dem Consul ihr *auxilium* zugesagt für den Fall, dass die intercedirenden ihn hindern oder wegen der Verletzung der *sacrosancta potestas* zur Strafe ziehen wollen, vgl. 4, 53, 7; 6, 38, 5 Postumius ist der erste, der ohne Senats- und Volksbeschluss, s. 7, 17, triumphirt; später wurde der Triumph, den der Senat versagte, auf dem albanischen Berge gehalten. Nach den *fasti triumph.* haben beide Consuln triumphirt, Postumius *a. CDLIX de Samnitibus et Etruscis VI. K. Apr.*, Atilius *an. CDLIX*

populo diem triumphavit. — Et huius anni parum constans memoria est. Postumium auctor est Claudius, in Samnio captis aliquot urbibus, in Apulia fusum fugatumque, saucium ipsum cum paucis Luceriam compulsum; ab Atilio in Etruria res gestas, eumque triumphasse. Fabius ambo consules in Samnio et ad Luceriam res gessisse scribit, traductumque in Etruriam exercitum — sed ab utro consule, non adiecit —, et ad Luceriam utrimque multos occisos, inque ea pugna Iovis Statoris aedem votam, ut Romulus ante voverat; sed fanum tantum, id est locus templo effatus [sacratus], fuerat. ceterum hoc demum anno, ut aedem etiam fieri senatus inberet, bis eiusdem voti damnata re publica, in religionem venit.

Sequitur hunc annum et consul insignis, L. Papirius Cursor, qua paterna gloria, qua sua, et bellum ingens victoriaeque, quantum de Samnitibus nemo ad eam diem praeter L. Papirium patrem consulis pepererat. et forte eodem conatu apparatuque

de Volsonibus (Volsinier?) et Samnitibus V. K. Apr., s. Nieb. 1, 456; Mommsen Forsch. 1, 214; Lange 2, 540.

13—15. *et huius etc.*, wie c. 26; 30. L. hat die Erzählung, welche am meisten rhetorisch ausgeschmückt, obgleich weniger verbürgt war, gewählt. — *constans*, übereinstimmend, sicher. — *memoria*, Geschichte. — *Claudius*, 6, 42, 5; c. 9, 5, 2, vgl. zu S, 19, 13. — *Fabius*, 1, 44. — *adiecit*, s. c. S, 3. — *ut Rom. a. vor.*, 1, 12; ein Zusatz L's um die folgende, den 1, 44, 4; ib. 24, 6; 32, 6; 3, 25, 11 u. a. von Gegenständen, die zu seiner Zeit weniger bekannt waren, gegebenen Erklärungen ähnliche Bemerkung: *sed fanum etc.* anzuknüpfen, und anzudeuten, warum erst jetzt der schon von Romulus gelobte Tempel geweiht worden ist. *fanum* entsteht, wenn der Angur dem decimanus und cardo 1, 18, 7 parallele Linien auf beiden Seiten derselben zieht, und diesem Raum entsprechend einen viereckigen Platz auf der Erde bestimmt. — *effatus*, wovon *sacratus* Glossem ist: durch verba concepta bestimmt, s. Marq. 2, 3, 75, giebt die etymolo-

gische Erklärung des Wortes. — *templo*, zum Tempel in engeren Sinne, auf der Erde, s. d. Stelle aus Varro zu 1, 18, 10, vgl. Servius zu Virg. Aen. 1, 466: *antiqui aedes saeras ita templa faciebant, ut prius per augures locus liberaretur* (1, 55, 2) *effareturque, tum demum a pontificibus consecrarentur*; anders Varro L. L. 6, 54: *hinc fana nominata quod pontifices in sacrando fati sint finem*; dagegen § 53: *hinc effari templa dicuntur ab auguribus*; Marq. 4, 435.

16. *ceterum* bezieht sich auf die eingeschobene Bemerkung. — *hoc dem. an.* kann zu *fieri* und zu *in rel. venit* gezogen werden. — *voti damu.*, weil zweimal die Götter das gewährt hatten, wofür im Namen des Staates, so dass diesem die Erfüllung oblag, das Gelübde gethan war. — *in relig. ven.*, man hielt sich durch die Religion dazu für verpflichtet, machte sich ein Gewissen daraus die Erfüllung des Gelübdes länger zu verschieben.

38—46. L. Papirius Cursor u. Sp. Carvilius in Samnium, Dio Cass. fig. 36, 29; Zonar. S, 1.

1—3. *patrem cons.*, 9, 39 f. — *et*

omni opulentia insignium armorum bellum adornaverant et deorum etiam adhibuerant opes ritu quodam sacramenti vetusto velut initiatis militibus. dilectu per omne Samnium habito nova lege, ut, qui iuniorum non convenisset ad imperatorum edictum, quique iniussu abisset, caput Iovi sacraretur, tum exercitus omnis Aquiloniam est indictus. ad quadraginta milia militum, quod roboris in Samnio erat, convenerunt. ibi mediis fere castris locus est consaeptus cratibus pluteisque et linteis contextus, patens ducentos maxime pedes in omnis pariter partis. ibi ex libro vetere linteo lecto sacrificatum sacerdote Ovio Paccio quo-

forte entspricht *et deorum*. — *omni opul.*, die *seuta auro, argento caelata*, 9, 40, 2; daher auch *insignia arma*: mit Zierrathen versehene Waffen. — *adhibuer.* steht chiasmisch *adornav.* gegenüber; der religiöse Ritus, *deorum etiam* etc., ist 9, 40 nicht erwähnt; über *et—etiam* s. 6, 12, 6. — *opes*, 7, 28, 4. — *ritu—initiatil mil.* stellt das *initiare* nicht als vollendet vor *adhibuerant* dar, sondern dieses besteht in jenem, beides war vor dem Beginn der Kämpfe vollendet, vgl. 21, 1, 5; *ritu* bezieht sich auf § 6; das dort Erwähnte wird durch *dilectu* etc. vorbereitet, da das *sacramentum*, die feierliche Weihe, c. 39, 17 eines Theiles, s. c. 41, 1: *magnam partem* etc., ib. 10: *iurati et iniurati*, erst stattfand, nachdem Alle zusammen berufen waren. *velut* ist zugesetzt, weil *initiare* gewöhnlich von Mysterien gebraucht wird, 39, 9, 4. — *omne Samn.*, s. c. 14, 9; 8, 23, 6; 9, 31, 6. — *imperatorum* wie § 10, sonst wird immer nur ein *imperator* erwähnt, s. § 7; 8, 39, 9. — *qui—abisset*, wie bei dem Fahneneid der Römer, s. 3, 20, 3, immer geschworen wurde, aber erst nach der Aushebung. Auch *iuniores* ist nach röm. Weise gesagt. Die neue Bestimmung (*nova lege*) lag wol in dem Zusatz *caput I. sacr.*; vor *caput* fehlt *eius*, c. 36, 7. — *Iovi* als dem höchsten Gotte, s. 3, 55, 7, auch der Samnitön, Huschke Osk. Sprachd. S. 11f.

— *sacraretur* statt des hds. *sacramentum erat*, was nur beibehalten werden könnte, wenn *qua* statt *ut* gelesen würde, vgl. 2, 8, 2: *de sacrando cum bonis capite eius, qui* etc. (wo *sacrando* wol nur bedeuten kann, dass das *sacrare*, nicht dass das *sacrum esse* eintreten soll); der nicht Erscheinende wurde also *sacer*; die *lex* war eine *sacrata*, s. 9, 39, 5; 7, 41, 4; 4, 26, 3; Marq. 4, 228f; Lange 1, 438. — *tum* weist einfach, ohne besonderen Nachdruck auf *dilectu hab.* zurück, s. 3, 19, 1; anders ist 2, 29, 1: *tum demum*, ib. § 3: *tum vero*.

4—6. *Aquilon.*, im Lande der Hirpiner, an der Grenze von Apulien, auf einer Münze heisst der Abl. *akumiad*. — *indictus* wie 6, 22, 8, vgl. c. 27, 3. — *Samn. n. omni. est cons.* wurde von allen Seiten abgeschlossen und oben mit Tüchern verhängt. — *ducent. maxime*, wie *μέγιστα*, sonst *admodum*: im Ganzen, ungefähr 200 F. ins Geviert, 7, 30, 1. — *ex* nach, gemäss. — *libro linteo*, s. 4, 7, 12. bildet einen durch *vetere* bestimmten Begriff. *lecto*, die Formeln und Vorschriften für das Opfer u. s. w. waren in dem Buche enthalten und vorgelesen worden; Madvig verm. *lecto*. Es wird vorausgesetzt, dass die Samniten schon lange mit der Schreibkunst bekannt waren. — *sacerdote* etc., indem er als Priester thätig war. — *Ovio*, 9, 7, 1. *Paccio* 27, 15, 3; auf Inschriften

dam, homine magno natu, qui se id sacrum petere adfirmabat ex vetusta Samnitium religione, qua quondam usi maiores eorum fuissent, cum adimendae Etruscis Capuae clandestinum cepissent consilium. sacrificio perfecto per viatorem imperator acciri iu- 7
 bebat nobilissimum quemque genere factisque. singuli introdu-
 cebantur. erat cum alius apparatus sacri, qui perfunderet religione 8
 animum posset, tum in loco circa omni contecto arae in medio
 victimaeque circa caesae et circumstantes centuriones strictis
 gladiis. admovebatur altaribus magis ut victima quam ut sacri 9
 particeps, adigebaturque iure iurando, quae visa auditaque in eo
 loco essent, non enuntiaturum. dein iurare cogebant diro quodam 10
 carmine, in execrationem capitis familiaeque et stirpis composito,
 nisi isset in proelium, quo imperatores duxissent, et si aut ipse ex
 acie fugisset, aut, si quem fugientem vidisset, non extemplo occi-
 disset. id primo quidam abnuentes iuratuos se obruncati circa 11

Nolam in praesidium misit.

beigelegt haben. — *tuler. a. r. u.* glücklich. — *se aest. circ.*, s. 9, 18, 14: *circumegit se annus*, daneben das Passiv., s. 24, 8, 8 u. a., vor L. ist das Wort in Prosa und überhaupt selten, bei ihm häufig. — *una n. e.*, der Umstand, dass, 21, 1, 5.

5—6. *et* knüpft wie § 7 und c. 40, 1 neue Verhältnisse an, die in dieselbe Zeit fallen. — *transgresso*, da Hannibal Casilinum besetzt hat, so muss dieser Uebergang weiter östlich erfolgt sein. — *ambo e. etc.*, Zon. l. 1: οἱ δ' ἑπαιτοὶ Γράχχος καὶ Φάβιος στρατοπεδεύσαντες τὸν τε Ἀννίβαν ἐν Καπύῃ ὅτι ἐπειρήσονται ὅτι πράσσει etc. — *Combult.* etc., da Fabius über den Volturnus gegangen ist und es im Folg. *circa Capuam* heisst, Hannibal ferner schwerlich mit Ausnahme von Casilinum nördlich vom Volturnus Städte besetzt hatte, so können die genannten Orte nur südlich oder südöstlich von diesem Flusse und Capua in der Nähe dieser Stadt gelegen haben. *Combulteria* muss also von der samnitischen Stadt *Computeria* 24, 20, 5 (*Cupulteria* Mommsen l. Reg. Neap. 205, 250, Gesch. d. röm. Münzw. 355, vgl. Plin. 3, 5, 63: *Cubulterini*)

verschieden sein; über *Trebula* s. e. 14, 13. Ob *Austicula* ein kleiner Ort neben den genannten, oder *Saticula*, s. d. ang. St., zu schreiben sei, ist schwer zu bestimmen. — *Campani*, s. e. 35, 3.

7—8. *senatus R.*, s. e. 14, 7; über die Construction 22, 50, 3. — *quibus* auf *plebs* zu beziehen, s. 3, 38, 10: *haec fremunt plebes* u. a.; 9, 16, 8; 2, 53, 1: *Feiens bellum, quibus*. — *ne* etc., damit ihr Unternehmen nicht gelinge: zur Sache s. e. 16 a. E. — *inter Cap.* etc., die Lage der § 6 erwähnten Orte lässt erwarten, dass Fab. Capua u. Tifata schon umgangen habe, so dass man nicht sieht, warum er, um nach Suessula zu gelangen, nördlich geht und einen seiner Vorsicht nicht entsprechenden Zug unternimmt. Doch ist eher eine Ungenauigkeit Ls' als ein Fehler der Abschreiber anzunehmen und etwa *prater* zu lesen. — *prop.*, weil er Prätor gewesen war, e. 42, 10: 43, 12, obgleich er wegen seiner ausgedehnten Vollmacht, an der Spitze eines consularischen Heeres, c. 30, 19 und 32, 2, auch *proconsul* heisst, Marquardt 3, 1, 276 f.

Et in Sardinia res per T. Manlium praetorem administrari 40
 coeptae, quae omissae erant, postquam Q. Mucius praetor gravi
 morbo est implicatus. Manlius navibus longis ad Caralis subductis 2
 navalibusque sociis armatis, ut terra rem gereret, et a praetore
 exercitu accepto duo et viginti milia peditum, mille ducentos equi-
 tes confecit. cum his equitum peditumque copiis profectus in 3
 agrum hostium laud procul ab Hampsicorae castris castra posuit.
 Hampsicora tum forte profectus erat in Pellitos Sardos ad iuven-
 tutem armandam, qua copias augetet; filius nomine Hostis castris 4
 praecerat. is adulescentia ferox temere proelio inito fusus fuga-
 tusque. ad tria milia Sardorum eo proelio caesa, octingenti ferme
 vivi capti; alius exercitus primo per agros silvasque fuga palatus, 5
 dein, quo ducem fugisse fama erat, ad urbem nomine Cornum,
 caput eius regionis, confugit; debellatumque eo proelio in Sar- 6
 dinia esset, ni classis Punica cum duce Hasdrubale, quae tempe-
 state dejecta ad Baliaris erat, in tempore ad spem rebellandi ad-
 venisset. Manlius post famam adpulsae Punicae classis Caralis 7
 se recepit: ea occasio Hampsicorae data est Poeno se iungendi.

40—41, 9. Vorgänge in Sardinien und Sicilien. Zonar. 9, 3; Sil. It. 12, 340f.

1—3. *et*, s. 39, 5. — *praetorem* kann hier nur Befehlshaber bedeuten, da Manlius als Privatmann, *cum imperio*, s. c. 34, 15, an der Spitze des Heeres steht. Terentius Varro, der in gleicher Weise *cum imperio* abgesendet wird, heisst 27, 35, 2 *propraetor*; der vom Volke gewählte P. Scipio 26, 15 *proconsul*, ebenso seine Nachfolger, 31, 20, 1 u. a., Mommsen Str. 176; 525. *Praetor* findet sich auch sonst, wo *propraetor* genauer wäre, s. c. 41, 5; 43, 12; 22, 57, 1; 24, 40, 2; 40, 19, 10, vgl. 26, 33, 4; 36, 36, 1 u. a. — *Caralis* j. Cagliari, der bedeutendste Hafen auf der Südseite der Insel, eine Colonie der Tyrier. — *soc. nav.*, s. 21, 49, 7, vgl. 27, 17, 6: *subductis navibus* — *navalis socios terrestribus copiis addidit*; *armatis* zeigt, dass Matrosen gemeint sind. — *ut terra etc.* um nur, oder: um auch mit ihnen zu Lande u. s. w. — *confecit*, 29, 35,

10. — *agrum host.*, s. c. 41, 6, abgefallene Orte im Gegensatz zu den treu gebliebenen *socii* § 5; e. 21, 5. — *Pellitos* S., die vor den Carthagern in das Gebirge geflohenen früheren Bewohner der Insel von ihrer Bekleidung mit Ziegenfellen *pelliti*, auch *mastrucati* genannt, s. Cic. de prov. cons. 7, 15; Isid. 19, 23: *mastruca vestis Sardonica ex pelliculis ferarum*.

4—8. *adulsc. fer.* gehört dem Sinne nach zu *temere inito*, nicht zu dem Hauptverbum. — *Cornus* lateinische Form für das phöniciische *keren*, wie viele andere Ortsnamen auf der Insel phöniciischen Ursprungs sind. Dass Cornus die Hauptstadt der Sardi Pelliti gewesen sei, liegt nicht in den Worten *caput e. r.* — *cum duc.* attributive Bestimmung von *classis*: noter n. s. w., so dass sich *quae* auf das letztere beziehen kann. — *in temp. ad etc.* noch zeitig genug um die Hoffnung zu erwecken, dass der Krieg (mit Glück) erneuert werden

5 Hasdrubal, copiis in terram expositis et classe remissa Carthagi-
 nem, duce Hampsicora ad sociorum populi Romani agrum popu-
 9 landum profectus Caralis perventurus erat, ni Manlius obvio ex-
 ercitu ab effusa eum populatione continuisset. primo castra ca-
 stris modico intervallo sunt obiecta; dein per procurationes le-
 via certamina vario eventu imita; postremo descensum in aciem.
 10 signis conlatis iusto proelio per quattuor horas pugnatum. diu
 pugnam ancipitem Poeni Sardis facile vinci adsuetis fecerunt,
 postremo et ipsi, cum omnia circa strage ac fuga Sardorum re-
 11 pleta essent, fusi; ceterum terga dantes circumducto cornu, quo
 pepulerat Sardos, inclusit Romanus. caedes inde magis quam
 12 pugna fuit. duodecim milia hostium caesa Sardorum simul Poe-
 norumque, ferme tria milia et septingenti capti et signa militaria
 41 septem et viginti. Ante omnia claram et memorabilem pugnam
 fecit Hasdrubal imperator captus et Hanno et Mago nobiles Car-
 2 thaginienses, Mago ex gente Barcina, propinqua cognatione Han-
 nibali iunctus, Hanno auctor rebellionis Sardis bellique eius haud
 3 dubie concitor. nec Sardorum duces minus nobilem eam pugnam
 cladibus suis fecerunt: nam et filius Hampsicorae Hostis in acie
 4 cecidit, et Hampsicora cum paucis equitibus fugiens, ut super ad-
 flictas res necem quoque filii audivit, nocte, ne cuius interventus
 5 ccepta impediret, mortem sibi conscivit. ceteris urbs Cornus ead-
 em, quae ante, fugae receptaculum fuit; quam Manlius victore
 6 exercitu adgressus intra dies paucos recepit. deinde aliae quoque
 civitates, quae ad Hampsicoram Poenosque defecerant, obsidibus

köune. — *pervent. erat*, s. 1. 7, 5; ib. 40. 4, vgl. 22. 22. 19.

9—12. *obiecta* statt des gewöhnlichen *conferre. coniungere*, 4, 27, 5, weil einer den andern hindern will vorzurücken. — *deinde per pr.* etc., vgl. 28, 33, 6: *levia per excursiones proelia*: 37. 18, 9; das hds. *deinceps* wäre hier, wo nicht eigentlich eine Reihenfolge statt bat, und zwischen *primo* — *postremo* nicht passend; zur Sache 23, 16, 4; 22. 44. 4. — *Sardis* — *ads.*, während dagegen; daher die Stellung chiasmisch; zur Construct. s. 10, 6, 11; 27, 39. 8. — *fuga*, s. 21. 61, 2.

41. 1—4. *ante omn.*, vgl. 3, 58, 1: *ante omnes*; 7, 4, 3: *ante omnia*.

— *captus*, c. 39. 4: *navis una capta*. — *nobiles* wahrscheinlich die Gerusiasten, 21, 60, 7. — *Sardis*, 7, 23, 4; K. 119. Dass Hanno die Empörung veranlasst habe, ist c. 32 nicht angegeben. — *concit.*, bei L. zuerst. 37. 45. 17; 45, 10, 10. — *nec* etc. = *et non minus nobilem*, vgl. 7, 26, 3. — *super* über: ausser — noch, vgl. c. 36, 2: *ab*. — *cuius* substantivisch.

5—7. *fugae r.*, für die übrigen — auf der Flucht, Zufluchtsort, s. 5. 19, 10: *receptaculum fugae Privernum habuerit*; dagegen 1, 33, 3: *hostium receptaculum*. — *victore ex.*, hier abl. iustrum., c. 42, 6. — *recep.*, s. 2, 39, 4, anders c. 11, 7.

datis dediderunt sese: quibus stipendio frumentoque imperato pro cuiusque aut viribus aut delicto Caralis exercitum reduxit. ibi navibus longis deductis inpositoque, quem secum advexerat, 7 milite Romam navigat, Sardiniamque perdomitam nuntiat patribus, et stipendium quaestoribus, frumentum aedilibus, captivos Q. Fulvio praetori tradit.

Per idem tempus T. Otacilius praetor ab Lilybaeo classi in 8 Africam transvectus depopulatusque agrum Carthaginiensem cum Sardiniam inde peteret, quo fama erat Hasdrubalem a Baliaribus 9 nuper traiecissee, classi Africam repetenti occurrit, levi que certamine in alto commisso septem inde naves cum sociis navalibus cepit. ceteras metus haud secus quam tempestas passim disiecit. — Per eosdem forte dies et Bomilcar cum militibus ad supple- 10 mentum Carthagine missis elephantisque et commeatu Locros accessit. quem ut incautum opprimeret, App. Claudius per simu- 11 lationem provinciae circumeundae Messanam raptim exercitu ducto *vento* aestuque suo Locros traiecit. iam inde Bomilcar ad 12 Hannonem in Bruttios profectus erat, et Locrenses portas Romanis clausurunt: Appius magno conatu nulla re gesta Messanam repetit.

Eadem aestate Marcellus ab Nola, quam praesidio obtinebat, 13 crebras excursiones in agrum Hirpinum et Samnites Caudinos

— *viribus*, nach den Mitteln, 35, 25, 6. — *quem sec.*, c. 34, 13. — *frum.*, Marq. 3, 2, 91. — *aedilibus*, welche die cura annonae haben. — *Fulvio*, s. c. 34, 13.

S—12. *praetor*, wie c. 40, 1, er ist cum imperio nach Sicilien geschickt; im vorhergeh. Jahre war er Proprätor gewesen. *inde nav.* = *ex ea (classe) n.*; nicht wie c. 23, 5. — *Bomilcar* wird mehrmals als Admiral genannt. s. 24, 36; 25, 27. Mago bringt die Truppen nicht nach Italien, wie bestimmt gewesen war, c. 32, 5; es scheint also eine andere und, wenn c. 18, 6 richtig ist, die zweite Sendung von Hülfstruppen zu sein. — *Carth.*, ohne *a*, s. c. 43, 6, zu 24, 12, 3. — *cum mil.*, wahrscheinlich ist die Zahl ausgefallen, s. c. 13, 7; 32, 5. — *Locros*, c. 30, 5. Bomilcar ist bei Sicilien glücklich vorbeige-

kommen. worüber Otacilius 24, 8 scharf getadelt wird. — *per simul.*, wie *per causam*, R. 354, zur Sache vgl. 27, 43, 6; Mommsen Str. 1, 55. — *vento* scheint nach *ducto* ausgefallen. — *suo*, vgl. 22, 39, 21; Gell. 10, 26, 2: *aestu secundo* — *proclium vitare conatus est*; dagegen L. 28, 30, 6: *in adversum aestum*, vgl. 29, 7, 2. *magno conatu*: nachdem er einen grossen Anlauf genommen hatte, widerstreitet *suo* nicht, da jenes schon davon gesagt werden konnte, dass er mit seinem Heere so eilig seine Provinz verliess, wobei nicht ausgeschlossen wird, dass er die günstige Zeit zum Uebersetzen erwartete. Andere lesen *summo aestu*.

41, 13—46, 7. Zweite Schlacht vor Nola. Plut. Marc. 12.

13—14. *Nola*, c. 39, 7. — *Hirpinum*, wie Laevius von Osten, c. 37, 12. — *Samnit. Caud.*, 22, 13,

14 fecit, adeoque omnia ferro atque igni vastavit, ut antiquarum cla-
 42 dium Sannio memoriam renovaret. Itaque extemplo legati ad
 Hannibalem missi simul ex utraque gente ita Poenum adlocuti
 2 sunt: „hostes populi Romani, Hannibal, fuimus primum per nos
 ipsi, quoad nostra arma, nostrae vires nos tutari poterant. post-
 3 quam his parum fidebamus, Pyrrho regi nos adiunximus; a quo
 relictis pacem necessariam accepimus, fuimusque in ea per annos
 4 prope quinquaginta ad id tempus, quo tu in Italiam venisti. tua
 nos non magis virtus fortunaque quam unica comitas ac benigni-
 tas erga cives nostros, quos captos nobis remisisti, ita conciliavit
 tibi, ut te salvo atque incolumi amico non modo populum Ro-
 5 manum sed ne deos quidem iratos, si fas est dici, timeremus. at
 hercule non solum incolumi et victore sed praesente te, cum
 ploratum prope coniugum ac liberorum nostrorum exaudire et

1. — *ferro a. i.*, 31. 7, 13. vgl. 35, 11, 11. — *Sannio*, 36, 6, 1: *Boeotiam*, vgl. 6, 3, 2. — *antiquarum*. die im 7. und den folg. Büchern erwähnten.

42. 1—4. *extemplo* gehört zu *missi*, 10, 26. 5. — *gente* ist weniger genau gesagt, s. 6. 12. 4. — *hostes* etc., die Gründe des Vertrauens auf Hannibal. — *primum*. statt *deinde* folgt in anderer Form: *postquam*, c. 35, 6. — *per n. ipsi*, s. 2. 19, 5. — *quoad*, von 343—290 a. Ch. *poter.*, gewöhnlich braucht L. bei dem imprf. ind. *dum* od. *donec*. — *fidebamus*, 21, 12, 4: *movebant*. — *accepimus* von dem überwundenen Theile der sich verpflichtet den ihm gegebenen Frieden zu halten, entspricht dem Attribute *necessariam*. — *prope q.* gegen, etwa, 6. 2, 3; es sind 54 Jahre von 272—218 a. Ch., Periocha 14; da es dem Redner daran lag die Zeit als kürzer erscheinen zu lassen, ist es nicht nöthig *prope* in der nicht nachzuweisenden Bedeutung: etwas mehr als zu nehmen. — *sed ne d. q.*, eine Uebertreibung, die durch das parenthetische *si fas. e.*, vgl. 2. 13, 5: *si di iuvant* u. a., gemildert werden soll, vgl. 7, 30, 19. *timer.* ist nicht die bedingte Folge,

wir würden u. s. w., sondern die wirkliche, dass wir fürchteten, oder: glaubten fürchten zu müssen. — Der Grund dieser Folge liegt jedoch weniger in *comitas ac benignitas*, wozu *conciliavit* das entsprechende Prädicat ist, als in *virtus fortunaque*, vgl. Cic. de imp. Pomp. 10, 25: 13, 36, wozu ein anderes Prädicat: hat uns solches Vertrauen eingeflösst, was in *salvo* (für seine Person) at. *incolumi* (in seiner Stellung. Macht), dem nächsten Grunde von *non timere*, angedeutet wird. zu denken ist. Um den Gegensatz zu heben, folgt eine zweite Periode mit *ita ut*.

5. Ihre Hoffnung ist getäuscht worden. — *sed praes.*, s. 22, 25, 7; R. 353: es wäre schon ein Vorwurf, wenn er als Sieger sie aus der Ferne nicht schützte. — *ploratum* das Klage- und Angstgeschrei der Kinder und Frauen, vgl. 26. 9. 7: *ploratus mulierum*: ib. 13, 13: *coniuges liberi, quorum ploratus*; 5, 42, 4; ib. 21, 11 u. o. *prope*. in der Nähe; 1, 58, 3: *cum — prope mortem imminentem videret*; 9, 15, 7. Die hds. Lesart *te (comploratum — posses conspicere) ita* etc. wäre wegen *comploratus* hier weniger passend, vgl. 1, 41, 6; 22,

flagrantia tecta posses conspiciere, ita sumus aliquotiens hac aestate devastati, ut M. Marcellus non Hannibal vicisse ad Cannas videatur, glorienturque Romani te ad unum modo ictum vigentem velut aculeo emisso torpere. per annos *centum* cum populo Romano bellum gessimus nullo externo adiuti nec duce nec exercitu, nisi quod per biennium Pyrrhus nostro magis milite suas auxit vires, quam suis viribus nos defendit. non ego secundis rebus nostris gloriabor, duos consules ac duos consulares exercitus ab nobis sub iugum missos, et si qua alia aut laeta aut gloriosa nobis evenerunt. quae aspera adversaque tunc acciderunt minore indignatione referre possumus, quam quae hodie eveniunt. magni dictatores cum magistris equitum, bini consules cum binis consularibus exercitibus ingrediebantur finis nostros; ante explorato et subsidiis positus et sub signis ad populandum ducebant: nunc propraetoris unius et parvi ad tuendam Nolam praesidii praeda sumus; iam ne manipulatim quidem sed latronum modo percur-

55, 6 u. a., und *prope* — *posses* statt des gewöhnlichen *prope* — *potuisti*, 24, 1, 10; 21, 34, 1 u. a., ist unsicher, da Cic. Fam. 8, 4, 1: *paene concedente adversario superasset, paene* auch zu *concedente* genommen werden kann, doch vgl. zu L. 4, 12, 7. — *sum.* — *devast.*, 22, 9, 5; 42, 40, 7. — *un. modo*, 22, 45, 4. *aculeo em.*, Plin. 11, 18, 60: *ad unum ictum. hoc (aculeo) infixo quidam eas statim emori dicunt*; Verg. G. 4, 237; Cic. Sull. 16, 47 u. a.

6—10. Die Verwüstung des Landes ist im höchsten Grade schmachvoll für Hannibal. — *centum*, s. c. 5, 8. — *nullo extern.* etc. ohne a, weil beide mehr als Mittel gedacht werden, ebenso *nostro milite*, vgl. c. 41, 5; 29, 4; 3, 37, 6: *patriis iuvenibus saepserant latera*; 22, 60, 4: *praedibus* u. a. — *non ego* etc.: ich will nicht von unseren glücklichen Tagen reden, aber sogar im Vergleiche zu unserem Unglücke ist unsere jetzige Lage schmachvoll, vgl. 7, 30, 6; 22, 39, 17. *ego* der das Wort führende, weniger genau hiess es § 1 *legati* — *adlocuti sunt*, s. 22, 59, 1 u. 18,

vgl. ib. 50, 7. — *quae* das Asyndeton steigernd: sogar; § 9 begründend. — *magni*, um die hohe Würde zu bezeichnen, es ist an die Papirius 8, 33; 9, 40; 10, 39 zu denken. — *binis*, es standen oft beide consularische Heere in Samnium, während vor den Samniterkriegen gewöhnlich nur eins ausgerückt war. — *ante expl.*, s. c. 43, 7; 21, 25, 9, ist zu verbinden, nicht *ante* dem folg. *nunc* entgegen gestellt, denn es soll die Vorsicht, also auch die Furcht vor dem Feinde, angedeutet werden. — *sub signis*, s. 29, 3, 7, das Heer unter den Fahnen, in geordnetem Zuge, schlagfertig; viell. denkt L. an die Adler, s. 26, 45, 12, da § 10 *manipulatim*: nicht einmal in kleineren Abtheilungen, entgegengesetzt wird; zu *subsidiis* vgl. c. 43, 7: *cum firmis praesidiis*; Marquardt 3, 2, 254. — *populand.*, 22, 24, 3. *propraet.*, c. 39, 8. — *ad tuend.* gehört zu *praesidii*: ein kleines für die Behauptung Nolas bestimmtes Corps; 32, 16, 10: *machinae ad urbium excidia*; 34, 6, 12; *parvi*, im Gegensatze zu § 9. — *iam*, es ist bereits so weit gekommen; *nunc*

sant totis finibus nostris negligentius, quam si in Romano vagen-
 11 rentur agro. causa autem haec est, quod neque tu defendis, et
 nostra iuventus, quae, si domi esset, tutaretur, omnis sub signis
 12 militat tuis. nec te nec exercitum tuum norim, nisi, a quo tot
 acies Romanas fusas stratasque esse sciam, ei facile esse ducam
 opprimere populatores nostros vagos sine signis palatos, quo
 13 quemque trahit quamvis vana praedae spes. Numidarum pauco-
 rum illi quidem praeda erunt, praesidiumque simul nobis et Nolae
 ademeris, si modo, quos, ut socios haberes, dignos duxisti. haud
 43 indignos indicas, quos in fidem receptos tuearis“. Ad ea Hanni-
 bal respondit, omnia simul facere Hirpinos Sammitisque, et in-
 dicare clades suas et petere praesidium et queri indefensos se ne-
 2 glectosque. indicandum autem primum fuisse, dein petendum
 praesidium, postremo, ni impetraretur, tum denique querendum,
 3 frustra opem imploratam. exercitum sese non in agrum Hirpinum
 Sammitemve, ne et ipse oneri esset, sed proxima loca sociorum
 populi Romani adducturum. is populandis et militem suum reple-

bezeichnet die Gegenwart im Gegen-
 satze zu der § 5–9 geschil-
 derten Vergangenheit. — *percur-*
sant, selten und hier absolut ge-
 braucht: sie streifen umher in,
 durchstreifen.

11–13. Es liegt nur an dem
 Willen Hannibals diesen Uebelstän-
 den abzuhelfen. — *defendis — tutar.*,
 die Objecte ergeben sich leicht aus
 dem Zusammenhange: Nägelsbach
 Stil. § 116. — *iuventus* etc.,
 Hannibal führt den Krieg mit den
 Kräften seiner Bundesgenossen. —
nec — nisi. 22, 59, 1, gewöhnlicher
 ist statt dieser Verbindung *aut —*
aut, wie 22, 39, 5: ich müsste
 dich nicht kennen, wenn ich nicht
 glauben dürfte, s. c. 12, 10. — *sine*
signis pal., c. 27, 3, wie *latronum*
modo, s. 2, 48, 5. Gegensatz von
manipulatum und *sub signis*. — *illi*,
 s. 30, 36, 9, dient nur zur Stütze
 von *quidem*, welches zu *pauco-
 rum Num.* gehört. Statt bestimmt ihre
 Forderung auszusprechen: *proinde*
mitte etc. giebt der Redner so-
 gleich die Folge der Sendung an.
 — *praesid.* — *adem.*, du wirst so

uns und die Nolaner (die nach der
 Ansicht der Sprechenden nur un-
 gern das Joch der Römer tragen)
 von der Besatzung befreien, uns
 gegen die Plünderungen schützen,
 den Nolanern Gelegenheit geben,
 ihrer Neigung zu folgen. Da sich
 jedoch *adimere* seltener von der
 Entfernung lästiger Dinge findet,
 so wird auch *pr. miseris simul —*
ademeris, oder in gleichem Sinne
missum simul — adentum erit
 verm., 34, 11, 3; das Letztere des-
 halb, weil auch vorher die dritte
 Person gebraucht ist: *erunt*, und
 das Folg. *si modo* etc., weniger
 als Wiederholung erscheint, wenn
 erst dieses zu Hannibal selbst ge-
 sprochen wird. — *dign. ut*, 24, 16,
 19: *digna res visa, ut*; 22, 59, 17.

43. 1–3. *indicand.*, die Anzeige
 machen; doch kann das Object leicht
 gedacht werden. — *ni = si non*, 1,
 22, 6; 5, 10, 12: *si — ni — mo-*
ritur. — *postr.* — *tum dem.*, 42, 25,
 3: *postremo — tum demum*; 28, 41,
 13: *si — perget. tum demum.* —
et ipse, wie die Römer. — *proxima*
 a. seinen Bundesgenossen, auf die

turum se et metu procul ab is submoturum hostis. quod ad bellum 4 Romanum adtineret, si Trasmenni quam Trebiae, si Cannarum quam Trasmenni pugna nobilior esset, Cannarum se quoque memoriam obscuram maiore et clariore victoria facturum.

Cum hoc responso muneribusque amplis legatos dimisit: 5 ipse praesidio modico relicto in Tifatis profectus cetero exercitu ire Nolam pergit. eodem Hanno ex Brutiis cum supplemento 6 Carthagine advecto atque elephantis venit. castris haud procul positis longe alia omnia inquirenti conperta sunt, quam quae a legatis sociorum audierat. nihil enim Marcellus ita egerat, ut aut 7 fortunae aut temere hosti commissum dici posset: explorato cum firmisque praesidiis, tuto receptu praedatum ierat, omniaque velut adversus praesentem Hannibalem cauta provisaeque fuerunt. tum, ubi sensit hostem adventare, copias intra moenia tenuit; per 8 muros inanbulare senatores Nolanos iussit et omnia circa explorare, quae apud hostes fierent. ex his Hanno cum ad murum 9 successisset, Herennium Bassum et Herium Pettium ad conloquium evocatos permissuque Marcelli egressos per interpretem adloqui-

sich auch *ab iis* bezieht. — *quod adt.* c. 25. 4. — *Trasum.* — *Treb.*, der Genitiv, weil man wol *pugna Cannensis* aber nicht *Trasumena*, *Trebiana* sagt. — *pugna*. die Nachstellung des beiden Gliedern gemeinschaftlichen Begriffes, s. Quint. 2, 12. 1: *effringere quam aperire*, — *trahere quam ducere putant robustius*; vgl. 22. 4. 6: *densior*. — *Cann. se q.* über die ungewöhnliche Stellung von *quoque* s. zu 22, 14, 15; zu *Cannar.* c. 18. 7.

5—8. *cum h. r.*, wie im Deutschen, vgl. c. 6, 1 *ab hac*; 22. 40. 4. — *eodem* — *venit* ist als Parenthese eingeschoben; *castris* etc. geht wieder auf Hannibal zurück. — *Hanno* s. c. 37. 10. — *supplem.*, c. 41, 10. — *Carthagine*. c. 41. 11. — *inquir.*, 21. 34, 9: *Hannibali*. — *aut fort.*, dieses hätte immer noch mit vollem Bewusstsein geschehen, Marcellus absichtlich auf das Glück rechnen können, im Gegensatz zu *temere*. — *cum firm.* etc. unter hinreichend starker Bedeckung. Ueber die Stellung der Copula 36,

21, 3: *post paucosque dies*; vgl. 37, 31, 7: *ad traiciendasque copias*, wie sich auch sonst *cumque*, *adque*, *exque* nicht findet. dagegen 22, 41, 7 *transque* u. a. — *ierat* etc., dieses Alles wusste H. wol selbst. da er an der Grenze Samniums gestanden hatte: L. benutzt aber die Gelegenheit um durch die Erzählung wie durch die Rede c. 42 das Verfahren des Marcellus und die Lage der von den Römern abgefallenen Bundesgenossen anschaulich zu machen. — *fuerunt*, es war vorgesehen u. s. w. und bestand so noch, oder dauerte in seinen Folgen noch fort, vgl. 3, 26. 11: R. 206: Neue 2, 270; anders c. 19. 18. *senatores*, nicht Römer, um zu beweisen, dass die Nolaner diesen ergeben sind, und das Folg. vorzubereiten.

9—13. *Herennium*, 9, 1. 2. *Bassum* ist Zuname, vgl. 25, 18 *Badus*, welches mit jenem verwandt ist. *Herium* Vorname; *Pettium* findet sich nur hier. — *evocatos*, 21, 25,

10 tur. Hannibalis virtutem fortunamque extollit, populi Romani
 11 obterit ut senescentem cum viribus maiestatem. quae si paria
 essent, ut quondam fuissent, tamen expertis, quam grave Roma-
 num imperium sociis, quanta indulgentia Hannibalis etiam in
 12 captivos omnes Italici nominis fuisset, Punicam Romanae socie-
 tatem atque amicitiam praeoptandam esse. si ambo consules cum
 suis exercitibus ad Nolam essent, tamen non magis pares Hanni-
 bali futuros, quam ad Cannas fuissent, nedum praetor unus cum
 13 paucis et novis militibus Nolam tutari possit. ipsorum quam
 Hannibalis interesse, capta an tradita Nola potiretur: potiturum
 enim, ut Capua Nuceriaque potitus esset; sed quid inter Capuae
 ac Nuceriae fortunam interesset, ipsos prope in medio sitos No-
 14 lanos scire. nolle ominari, quae captae urbi casura forent, et po-
 tius spondere, si Marcellum cum praesidio ac Nolam tradidissent,
 neminem alium quam ipsos legem, qua in societatem amicitiam-
 44 que Hannibalis venirent, dicturum. Ad ea Herennius Bassus
 respondit, multos annos iam inter Romanum Nolanumque po-
 pulum amicitiam esse, cuius neutros ad eam diem paenitere, et
 sibi, si cum fortuna mutanda fides fuerit, sero iam esse mutare

7. — *obterit*, setzt herab, indem er sie als — darstellt. — *grave*, s. c. 44, 1. — *captivos*, s. 22, 5S. — *tamen n. eos*, 21, 50, S. — *praetor*, c. 40, 1. — *ipsorum quam*, bei *interesse* konnte wie bei den Verben des Wollens *potius* fehlen, s. zu 3, 6S, 11; 25, 29, 6; vgl. *videri* Sall. C. 4S, 5. R. 174; 351. — *Cap. Nuc.* steht chiasmisch mit *capta an tradita* in Beziehung. Ueber Nuceria c. 15, 6.

14. *nolle om.*, er wolle es nicht aussprechen, um nicht ein böses Omen zu veranlassen, c. 13, 4; 3, 61, 5; *nolle ominari, quae nec — passuri sint urbi accidere*; 7, 30, 23. — *casura f.*, s. 22, 40, 3; 35, 13, 9: *si quid adversi casurum foret*; 3S, 46, 6; *quid — casurum fuisset*; 36, 34, 3; *forem* schliesst sich, seiner ursprünglichen Bedeutung gemäss, oft an das part. fut. aet. an, vgl. 10, 4, 4; 26, 26, 11; 29, 3, 11; 30, 2, 5; 22, 57, 5; 37, 10, 10; ib. 15, 1 u. a., vgl. 6, 42, 12. — *et potius* wo wir *sed p.* erwarten,

Cic. Off. 3, 6, 32: *nulla est enim societas nobis cum tyrannis, et potius summa distractio est. — legem* collectiv.

44. 1—2. *multos ann.* etc., wahrscheinlich haben die Römer Nola, nachdem es sich unterworfen hatte, s. 9, 2S, unter so günstigen Bedingungen wie Neapolis, s. 8, 26, 6, mit sich verbunden, so dass die Nolaner nur von einer ehrenvollen *amicitia*, s. 6, 2, 3, reden, welche für die Aristokratie durch die c. 17, 3 erwähnte Umgestaltung der Verfassung nicht gestört war. — *fuerit*, das hds. *fuerat* ist in *orat. obl.* wol hier so wenig zulässig als 41, 24, 5; 42, 52, 13, wenn auch in *or. recta* der Indicativ sich so in dem bedingenden Satze findet, s. 5, 52, 12: *quid horum opus erat suscipi, si — urbem relicтури fuimus*; 37, 36, 4; 40, 14, 4; R. 235. — *sero*, wo man *serum* erwartet, Cic. Q. Fr. 1, 2, 3, 9: *sero est enim*, vgl. L. 24, 30, 11: *frustra eis fuit inceptum*; *commode* 32, 2, 4; *im-*

eam. *an* dedituris se Hannibali fuisse accersendum Romanorum 2
praesidium? cum iis, qui ad sese tuendos venissent, omnia sibi
et esse consociata et ad ultimum fore.

Hoc colloquium abstulit spem Hannibali per prodicionem 3
recipiendae Nolae: itaque corona oppidum circumdedit, ut simul
ab omni parte moenia adgrederetur. quem ut successisse muris 4
Marcellus vidit, instructa intra portam acie cum magno tumultu
erupit. aliquot primo impetu percussi caesique sunt; dein con-
cursu ad pugnantis facto aequatisque viribus atrox esse coepit
pugna; memorabilisque inter paucas fuisset, ni ingentibus pro- 5
cellis effusus imber diremisset pugnantis. eo die commisso mo-
dico certamine atque irritatis animis in urbem Romani, Poeni in
castra receperunt sese: nam Poenorum prima eruptione percussi
cecidерunt haud plus quam triginta, Romani quinquaginta. imber 6
continens per noctem totam usque ad horam tertiam diei inse-
quentis tenuit: itaque, quamquam utraque pars avidi certaminis
erant, eo die tenuerunt sese tamen munimentis. tertio die Hanni-
bal partem copiarum praedatum in agrum Nolanum misit. quod 7
ubi animadvertit Marcellus, extemplo in aciem copias eduxit; ne-
que Hannibal detractavit. mille fere passuum inter urbem erant

pune 4, 40, 5; *fideliter* 8, 19, 2;
satis 6, 18, 10; *procul* 28, 42, 10;
aliter ib. 18, 1; oft *prope* u. a. —
an, in orat. recta würde es heissen:
an — *fait*; *dedituris* ist conditional,
wie dieses Partic. selten u. nicht
von Cicero, oft das part. praet., s.
c. 10, 7; 9, 18, 4, so wie auch
das part. praes. gebraucht wird. —
iis, der römischen Besatzung.

3—5. *recipiend.*, c. 11, 7. — *co-
rona* ist durch *ab omni parte* ge-
nauer als gänzliche Einschliessung
bezeichnet. — *muris*, wie 9, 14, 9;
10, 34, 5; 24, 19, 6; 27, 42, 11,
vgl. 24, 5, 1, sonst auch *ad muros*
oder *muros*. — *aliquot*, eine ziem-
liche Anzahl. — *inter p.*, 22, 7, 1,
vgl. 21, 59, 7. — *ingent. proc.*,
unter heftigen Stürmen, vgl. 6, 32,
6. — *irritat.*, wegen *modico*: nur
gereizt. — *nam* bezeichnet den
Satz als Erklärung von *modico*, nur
ein kurzer unbedeutender Kampf,
welches auf *atrox* etc. zurückweist,

wo der Nachdruck auf *coepit* liegt.
— *plus*, 22, 23, 6, vgl. 28, 1, 5.
— *triginta*, nach § 4 sollte man
mehr Gefallen auf der Seite der
Punier erwarten. — *cecidерunt*, s.
c. 16, 2: *movit*.

6—9. *erant*, vgl. c. 35, 3. — *ta-
men* ist durch die Voranstellung
von *tenuerunt se*, welches das ist,
was man nicht erwartet hat, an die
fünfte Stelle gekommen, vgl. 9, 16,
6: *certatum ab utrisque tamen est*;
ib. 20, 8: *neque ut aequo tamen*;
35, 51, 9; Caes. B. G. 7, 10: *prae-
stare visum est tamen*. — *ten. mu-
nimentis*, s. c. 26, 6; kurz vorher
ist *tenuit*: hielt an. — *extemplo*
braucht L. mit besonderer Vorliebe
in dem Nachsatze von Zeitsätzen,
nach *cum*, *cum primum*, *ubi*, *ut*,
postquam u. s. w. — *mille* — *erant*,
s. c. 46, 5; 25, 24, 1: *mille arma-
torum ceperant* etc. — *detract.*, aus
dem Vorhergeh. kann leicht *pu-
gnam* ergänzt werden, R. 149. —

castraque: eo spatio — et sunt omnia campi circa Nolam —
 5 concurrerunt. clamor ex parte utraque sublatus proximos ex
 cohortibus is, quae in agros praedatum exierant, ad proelium
 9 iam commissum revocavit. et Nolani aciem Romanam auxerunt,
 quos conlaudatos Marcellus in subsidiis stare et saucios ex acie
 45 efferre iussit, pugna abstinere, ni ab se signum accepissent. Proe-
 lium erat anceps: summa vi et duces hortabantur et milites pu-
 gnabant. Marcellus victis ante diem tertium, fugatis ante paucos
 dies a Cumis, pulsus priore anno ab Nola ab eodem se duce
 2 milite alio instare iubet. non omnis esse in acie; praedantis
 vagari in agro; et qui pugnent, marcere Campana luxuria, vino et
 3 seortis omnibusque lustris per totam hiemem confectos. abisse
 illam vim vigoremque, dilapsa esse robor corporum animorum-
 que, quibus Pyrenaei Alpiumque superata sint iuga. reliquias
 4 illorum virorum vix arma membraque sustinentis pugnare. Ca-
 puam Hannibali Cannas fuisse. ibi virtutem bellicam, ibi mili-
 tarem disciplinam. ibi praeteriti temporis famam, ibi spem futuri
 5 extinctam. cum haec exprobrando hosti Marcellus suorum mi-
 litum animos erigeret, Hannibal multo gravioribus probris incre-
 6 pabat: arma signaque eadem se noscere, quae ad Trebiam Tra-
 sumennumque, postremo ad Cannas viderit habueritque; militem
 alium profecto se in hiberna Capuam duxisse, alium inde edu-

omnia, 21. 32. 9. — *campi*, flaches Land. — *ex cohort.*, nach römischer Bezeichnung, wenn nicht H. diese Eintheilung bei den früheren Bundesgenossen der Römer, die jetzt unter ihm dießen, beibehalten hat, wie die Bewaffnung, s. 22. 46. 4. — *ex acie*. aus dem Kampfe, insofern dieser sich über einen Raum erstreckt, verschieden von *proelium*, *pugna* und *aciem*.

45. 1—4. *a Cumis*, von C. weg in die Flucht geschlagen, s. 10, 41, 13. — *mil. alio*, während — waren, od. wie c. 41, 5: *victore ex.*: da jedoch der Nachdruck auf *cod. u. alio* liegt, so ist *ab* vor *cod.* viell. aus dem Vorherg. wiederholt. — *instare iub.*, der Acc. zu *instare* ist aus dem Zusammenhange zu nehmen, vgl. c. 43. 12: 22, 51. 7. — *lustris*. s. 26, 2. 15; Paul. Diac. p. 120: *lustra significant lacunas lu-*

tosas, quae sunt in silvis aprorum cubilia, a qua similitudine hi. qui in locis abditis et sordidis ventri et gulae operam dant, dicuntur in lustris vitam agere. Zur Sache c. 18. 10. — *dilapsa*, zerfallen, 4, 20, 7. — *reliquias* kurz st. *reliquias esse qui pugnarent*, seien die Kämpfenden, vgl. 21, 40. 9; 10. — *ibi — extinctam* erst Anapher, dann Chiasmus.

5—8. *exprobrando*, dadurch dass er mit Hohn und Verachtung von den Feinden sprach, nicht: vorwarf, denn die Feinde hören es nicht. — *probris*, wie dieses *exprobr.* entspricht, so *increpabat* dem Begriff in *animos erig.*, vgl. 22, 12, 4; 1, 26. 3. — *noscere*, erkenne er, wie sonst *agnoscere*. — *militem adversatives*. § 4 erklärendes Asyndeton. — *profecto*, 22, 42, 5. hier mit Unwillen fast = leider, wie

xisse. „legatumne Romanum et legionis unius atque alae magno 7
 certamine vix toleratis pugnam, quos binae acies consulares
 nunquam sustinuerunt? Marcellus tirone milite ac Nolanis sub- 8
 sidiis inultus nos iam iterum lacessit? ubi ille miles meus est,
 qui erepto ex equo C. Flamini consuli caput abstulit? ubi, *qui*
 L. Paulum ad Cannas occidit? ferrum nunc hebet? an dextrae 9
 torpent? an quid prodigi est aliud? qui pauci plures vincere
 soliti estis, nunc paucis plures vix restatis. Romam vos expu-
 gnaturos, si quis duceret, fortes lingua iactabatis: en, minor res 10
 est; hic experiri vim virtutemque volo. expugnate Nolam, cam-
 pestrem urbem, non flumine, non mari saeptam. hinc vos ex tam
 opulenta urbe praeda spoliisque onustos vel ducam, quo voletis,
 vel sequar“. Nec bene nec male dicta profuerunt ad confirmau- 46
 dos animos. cum omni parte pellerentur, Romanisque crescerent 2
 animi non duce solum adhortante, sed Nolanis etiam per cla-
 morem, favoris indicem, accendentibus ardorem pugnae, terga
 Poeni dederunt atque in castra compulsi sunt. quae oppugnare 3
 cupientis milites Romanos Marcellus Nolam reduxit cum magno
 gaudio et gratulatione etiam plebis, quae ante inclinatio ad Poe-
 nos fuerat. hostium plus quinque milia caesa eo die, vivi capti 4
 sexcenti et signa militaria undeviginti et duo elephanti, quattuor

vero, s. Nägelsb. § 85. — *legatum*,
 der kein eigenes Commando hat,
 statt *propraetor*, ist ebenso ver-
 kleinernd wie *legionis unius* und *alae*
(unius), da Marcellus gewiss die sei-
 nen Legionen c. 32. 2 entsprechende
 Zahl der Bundesgenossen, c. 16,
 S, also zwei *alae* hat, s. 10, 40,
 S: weniger wahrscheinlich ist, dass
 bei *ala* an die Reiterei zu denken
 sei; Marq. 3, 2, 304f.; verschie-
 den davon sind auch die nachher
 erwähnten *Nolana subsidia*, da sie
 nicht am Kampfe Theil nehmen.
 Ueber den schnellen Wechsel der
 orat. recta u. obl. s. 21, 10. 4. —
certamine Anstrengung. *tir. m.*, 22, 41,
 5. wie § 2 m. *alio*, ein neues Mo-
 ment, welches die Schmach stei-
 gert. — *erepto*, seinem (hohen) Sitze
 entriss, von demselben herabzog:
 doch braucht L. sonst *cripere ex* in
 anderer Weise, vgl. 41, 14, 3.
 weshalb Duk. *derepto* verm., was

sich bei L. sonst nicht zu finden
 scheint; die Sache selbst ist 22, 6,
 4 anders dargestellt.

9—10. *aliud* s. 4, 41, S. — *re-*
statis, 6, 30, 5. — *lingua*, 22, 44,
 7. — *en min. e. r., en*, Ausdruck
 des Unwillens, vgl. 2S, 27, 9; 7,
 15, 2; 22, 6, 3: *est* nach *en* wie
 Cic. Fam. 13, 15, 1: *en, hic ille*
est de illis u. a.: Madvig verm. *en,*
in minore re experiri, Andere *ea*
enim minor etc. — *vel sequar*, vgl.
 3, 62, 3.

46. 1—7. *bene male d.*, „gute
 — böse Worte“, so dass auch die
 Versprechungen c. 45, 10 umfasst
 werden. — *omni p.*, 21, S, 2. —
favoris, wie 1, 12, 10; *indicem*, 9,
 23, 14; Cic. Rab. prd. 6: *istam vo-*
cem, indicem stultitiae. — *inclinatio*,
 3, 2, 12: 21, 35, 11, mildert das
 c. 39, 7 Gesagte. Ueber den Sieg
 selbst gilt das c. 16, 15 Bemerkte,
 lhue 2, 227. — *hostium* st. *corum*,

5 in acie occisi; Romanorum minus mille interfecti. posterum diem
indutiis tacitis sepeliendo utrimque caesos in acie consumpserunt.
6 spolia hostium Marcellus, Vulcano votum, cremavit. tertio post
die — ob iram, credo, aliquam aut spem liberalioris militiae —
ducenti septuaginta duo equites, mixti Numidae et Hispani, ad
Marcellum transfugerunt. eorum forti fidelique opera in eo bello
7 usi sunt saepe Romani. ager Hispanis in Hispania et Numidis in
Africa post bellum virtutis causa datus est.

8 Hannibal ab Nola remisso in Bruttios Hannone cum quibus
venerat copiis ipse Apuliae hiberna petit circaque Arpos conse-
9 dit. Q. Fabius ut profectum in Apuliam Hannibalem audivit, fru-
mento ab Nola Neapolique in ea castra convecto, quae super
Suessulam erant, munimentisque firmatis et praesidio, quod per
hiberna ad obtinendum locum satis esset, relicto ipse Capuam
propius movit castra agrumque Campanum ferro ignique est de-
10 populatus, donec coacti sunt Campani, nihil admodum viribus
suis fidentes, egredi portis et castra ante urbem in aperto com-
11 munire. sex milia armatorum habebant, peditem inbellem, equi-
tatu plus poterant: itaque equestribus proeliis lacescebant hostem.

wegen des Gegensatzes zu *Romanorum*. — *indut. tac. etc.* „der Tag verging in stillschweigendem Waffenstillstand über dem Begräbniss“. Nägelsb. § 32. Ueber *tacitae* s. 2. 18, 11; über die Appos. *sepeliendo* 22, 8, 5; *dictatorem dicendum. consumere* braucht L. gewöhnlich mit dem Ablat., Cicero selten. s. Fam. 11, 27, 5, gewöhnlich mit *in*. — *Vulcano vot.* ist Apposition zu dem Satze *spolia cremavit*, u. giebt den Grund des Verfahrens an: der Aenus. ist durch das regierende Verb. bedingt. vgl. 4, 17, 4; zu Tac. An. 1, 27; zur Sache 1, 37, 5; 30, 6, 9; Mommsen Str. 1, 205. — *mixti* — *Hisp.*, die verbundenen Dinge gleich- und zusammengestellt wie 4, 25, 12: *mixtis precibus minisque*. 27, 38, 12; anders 21, 22, 3. — *aliquam*, über etwas. 1, 30, 4. — *liberalioris*, besser belohnt und weniger streng. vgl. 32, 23, 9: *honoratioris militiae*: 45, 36, 4. — *ducenti*. Plut. Marc. 12: ἑξήκοντα τοῖς τοιαυτοῦς. — *forti f.*, 21, 44, 2.

46, 8—48, 3. Ereignisse in Campanien und in Apulien. Sil. It. 13, 142 ff.: App. Hann. 37.

S—11. *Apul. hib.*, wie zwei Jahre vorher, 22, 32, 4. — *per hib.*, durch die Stellung gehoben, auch im Folg. ist *propius* ungewöhnlich nachgesetzt, s. e. 26, 3; 22, 24, 5 n. a., vgl. e. 49, 9; 22, 3, 3, R. 317. — *nihil adm.*, gar nicht, vgl. 21, 12, 4. — *in aperto*, im offenen Felde, ohne Schutz durch Mauern, Berge u. s. w., anders 22, 4, 3. — *sex m. arm.*, eine sehr kleine Zahl gegen e. 35, 14; 5, 15. Andere interpungiren *habebant, peditem inbellem: equitatu etc.*, so dass *equit.* enger mit *itaque* zusammenhängt, nur *pedit. inbell.* Apposit. zu *sex milia*, unter diesen die Reiterei nicht begriffen ist; doch wäre dann *armatorum* ganz ungewöhnlich *peditem* gleich gebraucht. Die geringe Zahl der Bewaffneten kam auch in der Trägheit der Campaner. s. 25, 13, 7, ihren Grund gehabt haben. — *lacescebant*, s. 27, 12, 13.

inter multos nobiles equites Campanos Cerrinus Vibellius erat, 12
 cognomine Taurea. civis indidem erat, longe omnium Campa-
 norum fortissimus eques, adeo ut, cum apud Romanos militaret,
 unus eum Romanus Claudius Asellus gloria equestri aequaret.
 tunc Taurea, cum diu perlustrans oculis obequitasset hostium 13
 turmis, tandem silentio facto, ubi esset Claudius Asellus, quae-
 sivit, et quoniam verbis secum de virtute ambigere solitus esset, 14
 cur non ferro decerneret daretque opima spolia victus aut victor
 caperet. Haec ubi Asello sunt nuntiata in castra, id modo mo- 47
 ratus, ut consulem percunctaretur, liceretne extra ordinem in
 provocantem hostem pugnare, permissu eius arma extemplo cepit,
 proventusque ante stationes equo Tauream nomine compella- 2
 vit congregique, ubi vellet, iussit. iam Romani ad spectaculum 3
 pugnae eius frequentes exierant, et Campani non vallum modo
 castrorum sed moenia etiam urbis prospectantes repleverant,
 cum iam ante ferocibus dictis rem nobilitassent. infestis hastis 4
 concitarunt equos; dein libero spatio inter se ludificantes sine
 vulnere pugnam extrahebant. tum Campanus Romano „equo- 5
 rum“ inquit „hoc, non equitum erit certamen, nisi e campo in
 cavam hanc viam demittimas equos. ibi nullo ad evagandum

12—14. *nobiles*, s. c. 4, 8; zu 10, 28, 7. — *Cerrinus* ist Vorname, dagegen 39, 13, 9; ib. 19, 2: *Cerrinius* Name. — *civis indidem*, aus Capua, campanischer Bürger, c. 7, 1, nicht römischer, da eine Ortsbestimmung bei *civis* angiebt, wo der Genannte Bürger ist, s. Sall. 1. 69: *Turpilius — civis e Latio*, R. 55. Dass die campan. Ritter als solche das röm. Bürgerrecht nicht hatten, zeigt c. 31; vgl. c. 5, 9; über *indidem* s. 27, 12, 5. — *apud R.*, in der *ala* der Campaner, s. c. 4, 8; 10, 29, 12. — *tunc etc.*, vgl. Tac. Ann. 2, 45: *ac tunc Arminius equo conlustrans cuncta — ostentabat*; die Hss. haben *hunc*, was die Annahme eines Anacoluthes nöthig machte. Zu *perlustrans* ist aus dem Folg. *turmas hostium* zu denken. — *ambig.*, vgl. 40, 15, 4; 21, 31, 6. — *opima sp.* ist hier in weiterem Sinne: glänzende ruhmvolle Wafelbeute gebraucht, aber absichtlich

dem prahlenden Taurea in den Mund gelegt, s. 4, 20, 6; genauer wäre *provocatoria*, Gell. 2, 11, 3: *spolia militaria habuit multijuga, in his provocatoria pleraque*; über die Herausforderungen s. c. 16, 4; 8, 7, 12. — *victus vict.* beide bedingt, 21, 43, 5; chiasmisch zusammengestellt.

47. 1—5. *id m.*, nur so lange, vgl. 27, 42, 13, vgl. c. 4, 7, R. 156. 231. — *percunct.* etc., s. 7, 10, 2. — *exierant — repl.*, s. 21, 6, 6. *exierant*, u. *ex urbe*. — *prospect.* 22, 14, 11; über das part. praes. 21, 6, 2: *orantes*. — *nobilit.*, durch ihre Reden als einen merkwürdigen dargestellt, die Erwartung gespannt hatten, 22, 43, 9. *int. sc.* 44, 24, 8. *sine v.*, ohne dass sie sich verwundeten. — *Romano — inq.*, 22, 6, 3. — *ad evag.*, 21, 25, 10. *evagand.*, um auszuweichen. in Bezug auf *ludificantes*, vgl. 22, 47, 2. (Putsche.)

6 spatio comminus conserentur manus“. dicto prope citius equom
 in viam Claudius deiecit; Taurea, verbis ferocior quam re, „mi-
 nime sis“ inquit „cantherium in fossam“; quae vox in rusticum
 7 inde proverbium proditast. Claudius, cum ea via longe perequi-
 tasset, nullo obvio hoste in campum rursus evectus increpans
 ignaviam hostis cum magno gaudio et gratulatione victor in castra
 8 redit. huic pugnae equestri rem, quam vera sit, communis
 [certe] existimatio est, mirabilem certe adiciunt quidam anna-
 les: cum refugientem ad urbem Tauream Claudius sequeretur,
 patenti hostium portae invectum per alteram stupentibus mira-
 48 culo hostibus intactum evasisse. Quia inde stativa fuere, ac
 retro etiam consul movit castra, ut sementem Campani facerent,
 nec ante violavit agrum Campanum, quam iam altae in segetibus
 2 herbae pabulum praebere poterant. id convexit in Claudiana

6—7. *dicto c.* wie *opinione* u. ä., aber in Prosa seltener, vgl. 19. 11; Verg. Aen. 1, 142. — *sis* = *si vis*, aus der Umgangssprache entlehnt, gewöhnlich bei Aufforderungen und Warnungen gebraucht und deshalb, wie 34. 32. 20: *parce sis*, mit einem Imperativ verbunden, der an u. St. zu ergänzen wäre, etwa *demitte cantherium*, und von *minime* (statt *ne*) abhänge, wie Plaut. Mostell. 1, 3. 115: *minime feceris*, vgl. zu 35. 48, 9: nicht du Gaul in eine Grube, ein Loch, denn *fossa* ist nicht gleichbedeutend mit *via cava*, s. Tac. Ann. 1, 65. Der Satz bestätigt das Vorhergeh.: *verbis ferocior quam re*: Taurea hatte nicht geglaubt, dass Claudius seiner Aufforderung folgen werde, und sucht sich nun, da dieser ihn beim Worte genommen hat, dadurch dass er seine Aeusserung für einen blossen Scherz erklärt, aus der Verlegenheit zu ziehen: setze doch nicht mit dem Pferde in ein Loch, wo es unbehülflich und nutzlos ist, ich werde mich hüten dir dahin zu folgen. Crevier und Döderlein Synon. 4, 289 nehmen *cantherius* für Packesel. Packgaul, zugleich eine Anspielung auf den Namen des Geg-

ners *Asellus*: „aber nein doch, was soll der Esel in der Grube“, während Andere wegen *rusticum* einen L. wol fern liegenden Sinn in den Worten finden; R. 190. — *prodit.*, c. 18, 7: überliefert zum Sprichworte, so dass es zum Sprichworte wurde, dessen Sinn war: man solle sich hüten, etwas Verkehrtes zu thun, indem nichts unbehülflicher ist als ein Pferd in einem Loche. — *ea* (Madvig verm. *cava*) *via l. p.*, den Weg entlang geritten war: *pereq.*, s. 5, 28, 12.

S. *commun. ex. e.* darüber steht jedem das Urtheil frei, s. 4, 20, S. — *portae*, der Dativ deutet an, dass das Thor ihn aufnimmt, vgl. 22, 5, S; Tac. Germ. 40; gewöhnlicher ist der Accusativ mit oder ohne *in*; an u. St. wird *porta* verm.; vgl. Sil. 13, 173: *ira et gloria portis victorem immisit*. Wahrscheinlich wird 25, 18 dieselbe Sache in etwas anderer Form wiederholt.

48. 1—2. *quieta*, mit der schmählischen Flucht des Vibellius hatten auch die Reitergefechte ein Ende. — *sementem*, im Herbste, den man schon c. 46, 9 eingetreten glauben könnte. — *segetib.*, die aufgegangene Saat, 31, 2, 7, Saatterfelder. — *pot-*

castra super Suessulam, ibique hiberna aedificavit. M. Claudio proconsuli imperavit, ut retento Nolae necessario ad tuendam urbem praesidio ceteros milites dimitteret Romam, ne oneri sociis et sumptui rei publicae essent. et Ti. Gracchus a Cumis 3 Luceriam in Apuliam legiones cum duxisset, M. Valerium inde praetorem Brundisium cum eo, quem Luceriae habuerat, exercitu misit, tuerique oram agri Sallentini et providere quod ad Phlippum bellumque Macedonicum adtineret iussit.

